Digitized by Google

36
23 D
6

[illegible]
C.
2.

ludouicus Cimeno escriu[illegible] Aplicus

[illegible] 7. [illegible] populus [illegible] labia doctu, ut inueniret [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] linguam.

c. Bap.ta Gaby
36.23 D 6

מלאכת
הדקדוק השלם

OPVS GRAMMATICVM CONSVMMATVM

ex uarijs Elianis libris concinnatum, complectens ſcilicet

Elementarium abſolutum
Numerandi rationem
Pronominum declinationes
Verborum integras coniugationes
Artificium ſubijciendorum affixorum
Nominum uarias formulas & mutationes
Conſignificatiuorum explicationes
Magiſtrales abbreuiationes
Accentuum tractationem
Metrorum compoſitionem

BIBL. S. A. ROM

ספר טובי

ADDITVS EST QVOQVE Liber Tobiæ, *quem ſuperioribus annis hebraicum ſuppeditarunt Iudæi Conſtantinopolitani.*

BASILEAE.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

[redacted]
cæ linguæ ſtudioſis S. D.

QVid & quãtum hactenus, à uiginti annis & ſuprà, præſtiterim in hebraiſmo, æquiſſimi lectores, uobis excutiendum relinquo. Scripſi Introductiones & Iſagogas pro diſcẽda ſacra lingua, ſcripſi tabulas, dictionaria Heb. & Chald. adieci quibuſdam ſacris libris grammaticas annotationes, interpretatus ſum uarios libros, docui & iam ferè per decem & octo annos publicè, Heidelbergæ & Baſileæ, & nihil non egi quo ſacra lingua Chriſtianis fieret notior & cõmendatior: & gratia dei factum eſt, ut ſcripta mea quantumlibet carerent elegantiarum floſculis, à nemine niſi pauciſſimis quibuſdam & ingratis hominibus contemnerentur, etiam cum exemplaria in multa millia ſubinde eſſent multiplicata. Sic ruſſum ſtudioſis obtrudo hanc nouiſſimam editionem, nõ quidem auctam, ſed in quibuſdam locis caſtigatam, quam quidam ante aliquot annos à me extorſerunt. Quibus tunc uiſum fuit morem gerere, ut ea quæ ſparſim in uarijs libris traduntur de grammaticis præceptionibus, in unum redigerẽtur librũ, fieretq; ueluti ex mẽbris diſiunctis corpus quoddam integrum, ne ſtudioſi ſacræ linguæ perpetuo cogerentur aquas haurire ex lacunis aut potius

ciſternis [illegible] ſemiodi[illegible] rere ex tabnis [illegible] hacten[illegible] frui & proc[illegible] qui in Chriſtiano orbe ſtudium illud uarijs libellis Elianis, quos pro ingenij mei paruitate latinos feci, cõmunicauíq; cãdide omnibus ſtudioſis, & fortaſſe in hũc uſq; diem ſtudium illud lacerũ hiaret, niſi ego illum ſub ijſſem laborem, uertiſſemq; memòratos libros, & ueluti in manus tradidiſſem omnibus, qui amore flagrabant ad linguã ſanctam. Nam deſiderabatur adhuc uerum quoddam fundamentũ in omnibus grãmaticis inſtitutionibus, quæ à noſtris ſcriptæ erãt antequàm Elias Iudæus prodiret, ſicut & Ioannes Campenſis id teſtat̃ in ſua grammatica, & doctiſſimus Capito nõ ſemel mihi olim retulit priuſquã in Eliam incidi, naturã punctuli dages nõdum ſatis exploratã, in eo[illegible] myſteria quædam ſita, id q̃d uerißime dixit, ut poſtea edocti ſumus. Quod nõ dico in ſugillationem illorũ, qui pro uirili ſua conati ſunt iuuare hebraicũ ſtudium. Nam quiſq; prçſtitit id q̃d potuit, atq; ob id ſua non eſt priuãdus laude, multo [illegible] dormitauit inſectãdus conuicijs, ut quorũdam eſt procacitas, qui prõptiores ſunt pro beneficijs referre calumnias quã gratias. Primus omniũ, qui noſtro ęuo colere & plãtare cœpit hebraicã linguam, fuit doctiſſimus uir Iohannes Reuchlinus ſiue Capnion, de linguis & bonis literis apud poſteros bene meritus, quippe q̃ multa poſt ſe eruditiõis ſuæ reliquit monumẽta. Huic ferè coęuus fuit in hoc ſacro ſtudio, licet ætate multo iunior, incomparabilis ille

uir,

uit, dominus Conradus Pelſicanus, nam ſimul
eodem tēpore, & in eodē gymnaſio Thubingēſi,
hi duo magni uiri hebraiſmo operā impenderūt,
uſi etiā ad hoc mutuis officijs. His ego פְּלָמִיר
tertius acceſſi, anno ſcilicet Chriſti 1509. Trans
latus em̄ ad D. Pellicanum, indefeſſo ſtudio ſub
fideliſſimo pręceptore prima imbibi rudimēta, ac
mox animū appuli ad Biblicas hiſtorias. Deinde
circa annū Chriſti 1513. Vuolf. Capito factus in
oppido Bruchſellenſi uerbi dei præco, nactus co
piā cuiuſdā Iudęi baptizati, Matthęi ſcilicet Adri
ani, cœpit & ipſe, ſub difficili tamen præceptore,
fœliciter hebraicari. Quo tēpore & multi alij do
cti uiri per Germaniā & Italiam amore huius lin-
guæ excitati, breui adeò profecerunt, ut æditis li-
bris laudem non uulgarem apud poſteros merue
rint, inter q̄s pręcipui ſunt Iohannes Oecolāpadi
us, Caſparus Ammonius, cuius tn̄ labor in publi
cū non prodijt, Vdalrichus Zuinglius, Mathæus
Aurogallus, Iohānes Campēſis, Theodorus By
bliāder, Theodorus Fabricius, Petrus Artopœ-
us: & in Italia, Petrus Galatinus, Sātes Pagninus,
Auguſtinus Nebiēſis epiſcopus, in Hiſpania ue-
ro Stunica: q̄bus multi alij ſucceſſerūt & eo uſq; in
huius linguę ſtudio profecerūt, ut publice in aca-
demijs hebraiſmū profiteātur, obſcurarintq; ſua
eruditiōe ſuorū pręceptorū nomina, quibus ego,
ſicut nec debeo, hanc fœlicitatē minime inuideo.
Nam dominus diſpenſat munera ſua ut uult, quā
do & quibus uult. Vni tradit decē talenta, alteri
quinq;, alteri duo &c. Fuerūt & in exordio huius

 naſcentis

naſcentis ſtudij alij quidã baptizati Iudæi, qui priuatim ſed ſine fructu docuerũt ſacrã linguã, carẽtes latinæ linguæ cognitiõe, inter q̃s & Iohãnem Buchſenſtein numerandũ cenſeo, qui leuato multo ære à diſcipulis, nihil docuit. Teſtes ſunt qui illũ audierunt. Inter hos omnes excitauit dominus & in Italia Iudæũ quendã, qui tamen natus fuerat in Germania, in Noua ſcilicet ciuitate ſita ſuꝑ amne Eyſch, haud ꝓcul à Nurnberga, Eliam nomine, qui circa annũ Chriſti 1518. inuitis etiã Iudæis, ex probatiſſimis Hebræis ſcriptoribus collegit nobiliſſimũ librũ, cui titulũ fecit כפר חבחור id eſt, liber electus, in quo uerum totius grãmaticæ tradit fundamentũ. Hic liber Romæ excuſus, quum anno Chriſti 1524. mihi à doctiſſimo uiro Simone Grynæo uidendus exhiberet, bone deus quã oblectauit me, quantum theſaurum putabam me adeptum, neſcius adhuc q̃d omnes ſcholæ totius orbis Chriſtiani atq; omnes ſtudioſi obuijs ulnis hũc præceptorẽ, Chriſto ſaluatori noſtro in hũc uſq; diem reluctãtem, ſuſcepturi eſſent. Poſt habitis itaq; omnibus ſtudijs meis, cœpi librũ uertere, & interim quo uerſioni eius incũbo, ubiq; inuenio quæ antea ignoraui, fio rurſus diſcipulus, qui paulò antè præceptoris apud Heidelbergenſes officio fungi coactus fui. Inuenio & quoſdã libellos ab autore æditos citari, nec quieſco donec & illorum mihi copia fiat, inter quos uidebã mihi & alijs ſtudioſis poſt librum electũ neceſſarium cũ cuius titulus eſt, פרקי אליהו quod ſonat, Capitula Eliæ. In eo agit de punctis uocalibus, de li-

teris

teris ſeruilibus atq; de literis gutturalibus, item de uarijs ſpeciebus nominũ & de proprietatibus eorum. Aſſequutus & librum uocum irregularium, non ſine magno profectu uerti illum. Exortus eſt tandem & liber Taamim, id eſt, accentuũ, cui quoq; liber Maſoreth hammaſoreth additus eſt. Prodijt etiam interim è Conſtantinopoli, integra Dauidis Kimhi grammatica. His omnibus libris uſus ſum, quum hãc grammaticam adornandam inſtituerem. Verſilogum hebraicum nactus ſum à Caſparo Ammonio, uiro integerrimo, theologo & heb. linguæ peritiſſimo. Artificium ſubiungendorum כנוים id eſt, affixorum, cõſequutus ſum lõgo uſu & diutino ſtudio hebraiſmi, habens in hoc diligentem cooperatorem Chriſtophorũ, Muſicæ diſciplinæ apud Baſilenſes fidelẽ præceptorem. Abbreuiaturas hinc & hinc ex ſcriptoribus corraſi, tametſi multiplex lectio plurimas quoque mihi ſuppeditauerit. Miniſtrauit & Sãtes quaſdam. Porrò Hebraicũ Tobiam, quem pro exercitamento idiomatis adiecimus, miſit è Mẽmingen Oſuualdus Schreckẽfuchſius, ut ſuo quoq; dicturus ſum loco. Allatum eſt & paulo poſt ex Cayro Aegypti per quendam ex ciuibus Baſiliẽſibus aliud exemplar, quod Paulus Fagius typis euulgauit eodem tempore quo ego meo Tobiæ incumbo. Libellus eſt uere aureus & iuuẽtuti accõmodiſſimus, ex quo nedum linguæ phraſim, uerum & pietatem quę ad omnia ualet, ac uitæ innocentiam diſcere poterũt. In quo enim alio biblico libro ueteris inſtrumenti inuenies tam efficaces

ficaces ad opera pietatis monitiones, quæ habeāt tam uiuidiſſima adiuncta exēpla ut in hoc libro? Vbi uſquam locorum inuenies tam ſynceras, paternas & omni acceptione dignas inſtructiones, qualiter te geras erga deum, erga parentes, erga pauperes præſertim domeſticos fidei, erga cunctos mortales atq; erga defūctos ipſos ut in hoc Tobia? Ediſcendus eſſet liber à pueris haud ſecus q̃ decalogus, & in imo pectoris diligentiſſime condendus, in quo nō niſi mera pietatis ſemina imò flores & fructus inueniuntur. Nec putes eſſe fabulam, quod de capto in Tigride piſce atq; exēterato, & inde ſublata ſterilitate & ſanata cæcitate, in eo ſcribitur. Habes & in Matthæo cap. 17. ferè talem hiſtoriam, quādo Chriſtus iuſſit Simonem ire ad marę, mittere hamum & tollere piſcem qui primus prodijſſet, & aperto ore eius extrahere ſtaterem atque illum dare pro uectigali. Hæc autem ſcribo non propter adultos & qui ſanum habent iudicium, ſed propter rudiores pueros, qui inexercitatum habent in rebus diuinis ingenium facileq; naſum ſuſpendunt, ubi inciderint in talia quæ illis ridicula uidentur.

Valete.

36.23 D 6.

GRAMMATICA HEBRAICA ABSOLVTA

autore [redacted]

primo de literis & punctis uocalibus.

LIteræ apud Hebræos אוֹתִיּוֹת othioth uocantur, leguntur'q; a dextra ad ſiniſtram, & ſunt omnes conſonantes, numero ſcilicet uigintiduæ, niſi quòd nos literam Sin geminauimus propter aliam & aliam eius prolationem. Sunt autem hæ figuræ earum atq; nomina.

Zain	*Vau*	*He*	*Daleth*	*Gimel*	*Beth*	*Aleph*
z	u	h	d	g	bv	aeiou
ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
Nun	*Mem*	*Lamed*	*Caph*	*Iod*	*Teth*	*Heth*
n	m	l	c ch	i	t	h
נ	מ	ל	כ	י	ט	ח
Schin	*Res*	*Kuph*	*Zade*	*Pe*	*Ain*	*Samech*
ſch	r	k	z	pph	aeiou	ſ
ש	ר	ק	צ	פ	ע	ס
					Tau	*Sin*
					t th	ſ
					ת	ש

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

His literis adijciũtur uocalia, quę ſunt pũcta quæ dam atq; uirgulæ, quæ pro maiori parte ipſis literis ſubijciuntur. Vnum literis ſuperponitur, atq; unum uentri uau inſeritur. Quorum figurę & nomina hæc ſunt:

Pathah ◌ַ a clarum & apertum.
Kamez ◌ָ a obſcurum & cum o mixtum.
Sęgol ◌ֶ æ craſſum.
Zere ◌ֵ e ſubtile & gracile.
Holem ◌ֹ o, punctus unus ſupra literam.
Hirec ◌ִ i, punctus unus ſub litera.
Surec וּ u, ſcribiturq; in ſolo uau.
Kybutz ◌ֻ u, uox media inter u & i.
Hatephkamez ◌ֳ o breue.
Scheua ◌ְ terminatio ſyllabę: & aliquando e uel a breuiter raptum.

Conſtituuntur autem ex literis & adiunctis punctis ſyllabæ in hunc modum.

u	u	o	o	i	e	æ	a	a
אוּ	אֻ	אֳ	אֹ	אִ	אֵ	אֶ	אָ	אַ
bu	bu	bo	bo	bi	be	bæ	ba	ba
בוּ	בֻ	בֳ	בֹ	בִ	בֵ	בֶ	בָ	בַ

gu	gu	go	go	gi	ge	gæ	ga	ga
גוּ	גֻ	גֳ	גֹ	גִ	גֵ	גֶ	גָ	גַ
du	du	do	do	di	de	dæ	da	da
דוּ	דֻ	דֳ	דֹ	דִ	דֵ	דֶ	דָ	דַ
hu	hu	ho	ho	hi	he	hæ	ha	ha
חוּ	חֻ	חֳ	חֹ	חִ	חֵ	חֶ	חָ	חַ
vu	vu	vo	vo	vi	ve	væ	va	va
וּוּ	וֻ	וֳ	וֹ	וִ	וֵ	וֶ	וָ	וַ

Simili modo alijs alphabeti literis adijciũtur puncta uocalia. Punctus tamen ſcheua nũquam conſtituit monoſyllabã, ideo non eſt uocale, ſed cũ in dictionibus ſcribitur & uenit legendum (nõ enim ſemper legitur) raptim legitur, ut דְגַן שָׂדֶה dgan ſade, frumentum campi, ubi in dgan ſcheua rapitur: aliâs enim d legi non poſſet, niſi ſcheua muſſitaret, cum d & g non ſint literæ connexiles. Sic hic שְׂמֹאל ſmol, ſiniſtra, שְׁמֵנָה ſmena, non ſchemena, pinguis.

De literis alphabeti & quibuſdam earum diſtinctionibus.

In primis ſeruandus eſt ordo literarum, ut in alphabeto eſt ſignatus, quia deſeruit numerationi. Secundo aduertendum eſt diſcrimen characterum, ne cognatio quarũdam figurarum alicui imponat, præſertim beth & caph, daleth & res, ſamech & mem finalis (de finalib. mox dicemus) zain & nun finalis. Tertio notãdum, ſex literas in ſui prolatione aliquando fortificari, quod Hebræi uocant dageſſari, aliquãdo attenuari, quod illi appellant raphari, colligunturq́ in has duas dictiones בּגד כּפת Bgad Kphath. Intenduntur quãdo in uentrẽ illarum ſcribitur pũctulus unus, ſic בּ גּ דּ כּ פּ תּ & tunc beth facit b ſimplex, gimel g latinum, daleth d, caph c, uel k, pe p, taũ t. Et quando illo puncto carent, remittuntur fiũtq; laxiores in ſui prolatione, & profertur beth ut v cõſonans, gimel ut gh, daleth ut d quod in ſibilum degenerat, caph ut χ ch, pe ut φ ph, tau ut θ ſiue th. Et nota quod in ſcriptis codicibus he literæ quando carẽt punctulo dages, ſemper habent in capite uirgulam quę raphe uocatur, hoc modo בֿ כֿ דֿ גֿ פֿ תֿ In impreſsis uero libris id nõ obſeruatur, ſed cũ deſtituũtur dages perinde

Cognatio literarũ.

Literarum intentio.

Raphe.

eſt ac

eſt ac ſi haberent raphe. Quarto notandum, quinq; eſſe literas, quæ in fine dictionis alijs ſcribuntur figuris quàm in medio aut principio & ſunt hæ:

כ מ נ פ צ Extra finem.

ך ם ן ף ץ In fine.

Exempla אֲרָם non אֲרָמ Sic חֹשֶׁךְ non חֹשֶׁכ item אֶרֶץ non אֶרֶצ Et כָּנָף non כָּנָפ Sic בֵּן non בֵּנ Inuenitur autem unus duntaxat locus in Iſaia, ubi mem finale ſcribitur in corpore dictionis, idq; ſic לְםַרְבֵּה quod putant non uacare myſterio. Porrò literas finales Hebræi uocant פְּשׁוּטוֹת extenſas, non finales uero כְּפוּפוֹת recuruatas, præter מ quod appellant פְּתוּחָה apertum, & ם quod uocant סְתוּמָה Quinto colligunt Hebræi ex ſuo alphabeto quatuor gutturales literas, nempe אֲחְהַע quas uocant גְּרוֹנִיּוֹת & hæ in grammatica faciunt ſtudioſo nonnihil negotij, ob id potiſſimum, quod non poſſunt geminari per inſertum dages ut reliquę omnes, ac deinde ubi illę habēt purum ſcheua hæ fere ſemper habent ſcheua mixtum cum patha aut ſægol in hunc modum ֲ ֱ uocaturq; hateph pathah & hateph ſægol: exempla,

Finales.

Gutturales.

exempla, ubi dico צְרַעַת in ſimili forma ab aleph
dico אַרְמוֹת non אֲרָמוֹת & ab heth חֲלָלַת repu-
diata, infamis, non חֲלָלָת & ab he הֲדָרַת decor,
atq; ab ain עֲגָלַת quadriga. Exẽpla de hateph ſæ-
gol: ubi ſcribitur in גְּבוּל purum ſcheua, in ſimili
forma aleph habet ֱ ut אֱנוֹשׁ homo, אֱלוֹהַ
deus. חֲכָמִים ſapientiam præſtitit, הֶעֱמִיר collo
cauit, הֶעֱבִיר traduxit, חֶחֱסַת compeſcuit. Tria
Hatephata. ergo ſunt puncta hatephata, ſcilicet ֳ hateph-
camez, ֲ hatephpatha & ֱ hatephſægol.
Hatephcamez conſtituit ſyllabam & inuenitur
ſub omnibus literis: hatephpathah uero & ha-
tephſægol ſolum inueniuntur ſub literis guttura
libus, indicantq; ſcheua illud compoſitum muſſi-
tandum, niſi aliud ſequeretᷣ ſcheua, tũc enim ha-
tephſęgol & hatephpatha muteſcunt, ut יַעַבְרוּ
tranſibunt, יֶאֱהָבוּ diligent. Notandum quoque
hic, quod hatephpatha aliquando inuenitur ſub
alijs quàm gutturalibus literis, pręſertim ſi litera
ſcheuanda mox geminetur in aliqua dictione, ut
Geñ. 29, גָּלֲלוּ uoluerunt ſeu uolutarunt.

De literarum prolatione.

Secundum autorem libri יְצִירָה quinq; ſunt in-
ſtrumenta proferendi literas, nempe guttur, pa-
latum,

latũ,lingua,dẽtes & labia,inter quæ lingua principatum tenet. Nunc enim uerberat aërem ad palatũ,nũc propellit ipſum ad dentes,uel ad gingiuas ſi deſint dẽtes,ut in ſenibus,nũc radix eius mouetur in gutture aut epigloto aut œſophago,&c. Literę gutturales numerant אֲהַחַע & literę palati גִּיכַּק & literæ linguales דַטְלָנַת & literę dentales זַסְשַׁרַץ atq; literę labiales בּוּמַּת Gutturales. Linguales. Dentales. Labiales.

א Hęc litera qualem habet punctum uocalem, talem hodie habet & pronunciationem, nec conſtat noſtro æuo quis olim eius genuinus fuerit pronunciandi modus.

ב Hęc litera cum ſit ex bgad kphad, geminum habet pronunciandi modũ. Quando enim dageſſatur ualet b ut בָּרָא & quando caret dages ualet v conſonantem, ut יָבֹא iaſo, אָב af.

ג Cum dages ualet g ut גָּמָל gamal, & ſine dages g aſpiratum, ut לְגוֹי leghoi.

ד Quando habet dages ualet d, ut דָּוִד Dauid, & quando eo deſtituitur nonnihil muſſitat, ut לְדָוִד quæ uox proprie ſcribi nequit.

ה Aſpiratio eſt lenis, qualis ferè apud latinos eſt h ut הָאָדָם In fine dictionis non percipitur, & ob id nihil diſcriminis habet in eo loco ab

aleph

aleph, ut קָרַת & קָרָא kara. Sed heth eſt aſpiratio fortis.

ו Litera vau aliquādo conſonans eſt & aliquando uocalis. Eſt conſonans quando proprium habet punctum uocalem ſuſtratum, ut וַיֹּאמֶר uaiomer, וֵאלֹהִים uelohim, aut in fine dictionis caret omni puncto, ut בָּנָיו banaſ, פִּיו piſ. Eſt uocalis quādo habet ſurec in uentre, ut רַבּוּ rabbu, וּמָקוֹם umakom, aut holem in capite, ut מְקוֹמוֹ mekomo. Interdum tamen cum pūcto holem eſt conſonans, ut מִצְוֹת mizuoth.

Triplex ſ apud Hebræos.

ז Hæc litera ualet ſ gracile & non acutum, ס ſamech uero habet ſibilum acutū & ש ſchin ſibilum craſſum ac ueluti ſpumoſum. Habent & Germani hoc triplex ſ in ſua lingua. Nam exprimunt zain in dictionibus iſtis, ceſpes vuaſen, naſus nas, herba gras, malus bœs. Et ſamech in his dictionibus, humidus naſz, platea gaſs, uas faſz, acetū eſſig: Et ſchin in dictionibus, menſa diſch, cinis eſchen, triturare dreſchen, rubus buſch, rana froſch.

ח Aſpiratio eſt fortis, quam Græci reddiderūt per χ, Latini interpretes uerterunt eam plerumq; per e in proprijs nominibus, ut pro חַוָּה Haua

Haua fecerunt Eua, pro חֲנוֹךְ hanoch Enoch, pro נֹחַ Noah Noë. Sciendum etiam quando hæc litera in fine ſcribitur cum pathah, tunc prolatio uocalis præcedit aſpirationem, ut רוּחַ ruah, non ruha, שָׂמֵחַ ſameah, &c.

ט Facit t latinum, ut טוֹב tob, mutaturq́ aliquando in tau literam, eo quod ſunt literæ eiuſdem inſtrumenti uocalis, ut תָּעָה & טָעָה errauit.

י Valet i conſonantem literam, ut יַעֲקֹב Iaacob. Et quando non habet proprium punctũ quieſcit, ut פָּנָיו panaſ, דְּבָרֶיךָ deſaræcha, שָׂרַי ſare. Solet etiã nonnunq̃ in fine dictionis eſſe uocalis, idq́ tum quãdo pręcedit unum ex his quatuor punctis uocalibus, patha, cametz, uau ſurec & uau holem ut, דְּבָרַי deſarai, מָדַי madai, גּוֹי goi עָשׂוּי aſui.

כ Cum dages ualet c uel k, ut כֶּלֶב kælæf, ſine dages ch, ut זֶכֶר zęchær. In fine ſemper habet aut ſcheua aut camez, ut חוֹשֶׁךְ hoſchech, יָדֶיךָ iadecha. Admittit quoq́ interdum punctulum dages, ut יִשְׁמְרֶךָּ ijſmeræcca.

ל Facit l apud Latinos, & ſola inter alphabeti literas erigit caput in ſublime, ideo uocatur

rex literarum, tenetq́ȝ locũ mediũ in alphabeto.

מ Facit m latinũ. Finalis eius ſigura nullũ recipit punctũ uocale, niſi in dictione יְרוּשָׁלַםִ habet hirec loco iod.

נ Facit n, in ſine dictionum nunquam admittit punctum, præterquam in tertia plur. futuri fœm. ut תִּשְׁמֹרְןָ pro תִּשְׁמֹרְנָה

ס Huius literę prolatio ſuprà eſt expreſſa iuxta literam zain. Valet enim ſ acutum.

ע Tametſi huic literę ſupra in alphabeto adiécerimus uocalia a e i o u pinde quaſi nullũ diſcrimẽ eſſet inter ipſam & aleph, differt tamen plurimũ ab ea, ſed cuius genuinã pronunciationẽ etiã Iudęi ipſi hodie ignorãt, niſi cum in ſine ponitur cũ pathah tunc exprimũt ipſum per a in gutture formatum, ut שָׁמַע ſchama, quod legunt quaſi ſchamau cum diphtongo.

פ Hæc litera dageſſata ualet p & ſine dages ph. Finalis eius ſigura nullum unquã admittit punctum uocale.

צ Huic literę apud latinos reſpõdet z, qđ alij uocãt ſ ſtridulũ, ut צַדִּיק zaddic. Finalis eius ſigura nunq̃ habet ſubſtratũ punctũ uocale. Vocatur aũt hęc litera à qbuſdã zaddic, ab alijs zade.

ק Valet

ק Valet k latinum ſeu kappa Gręcum, nec unquã flectitur ab hac prolatione, quod dico propter c latinum in quod à quibuſdam uertitur.

ר Facit r latinũ, et quãtũ attinet ad pũctũ dages annumeratur literis gutturalib. de quo infrà.

ש Habet hæc litera duplicem prolationem. Nam cum pũctum habet in capite dextro, quod hebraicè יְמִין uocatur, ualet ſ craſſum, ut ſuprà in litera zain quoq; diximus. Quando autẽ habet punctum in capite ſiniſtro, quod שְׂמֹאל uocatur, non differt à prolatione ſamech.

ת Cum puncto dages facit t, & ſine dages ualet th, hoc eſt, ſ blęſum. Iudęi tamen noſtrates proferunt ipſum per ſ ſimplex.

De punctis uocalibus.

Mouet Elias Leuites quæſtionem, in pręfatione libri Maſoreth hammaſoreth, nũ puncta uocalia & acentuum Moſi tradita fuerint in monte Sinai unà cum literis aut non, adducitq; multos Rabinos diuerſa ſentientes. Quidam enim opinantur legem ſic traditã Moſi, ut nec apex aliquis deſuerit, alij uero aſſerũt puncta inuentũ eſſe humanũ, & in eam ſententiam it quoq; Elias. Et hic rurſum diuerſæ ſunt opiniones. Aliqui enim putant uiros *Synagoga magna.*

maioris cõcilij, quos uocãt אַנְשֵׁי כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה puncta addidiſſe legi. Sunt autẽ hi uiri magnę ſynagogæ: Haggęus, Zacharias, Malachias, Daniel, Hananias, Miſael, Azarias, Ezra, Nehemia, Mardochęus, Zerubabel, &c. Alijs hæc ſententia nõ placet, aſſerunt tamen & ipſi, Moſen quidẽ primũ non omnia ſcripſiſſe, ſed nudã legem abſq; pũctis tradidiſſe Iſraëlitis, & ab Iſraëlitis obſeruatum quomodo Moſes legit ſingulas legis dictiones, & quomodo diſcreuerit unũ uocale ab alio, atq; conſuetudinariã illam legis lectionẽ a Iudæis obſeruatã, etiam multis annis poſt deſtructionem templi ſecundi, uſq; dum congeſtum fuit ingens illud Thalmudicũ opus, quod fuit anno ab initio mundi 3989. anno uero poſt Chriſtũ natũ 229. ſecundum calculum noſtrũ, Elias tamen aſſerit id factũ anno poſt deſtructũ ſecundũ templũ 436. qui eſt annus Chriſti 476. Tunc ſurrexerunt בַּעֲלֵי הַמָּסוֹרֶת hoc eſt magiſtri traditionis, uiri quidã Tiberitæ qui præ cæteris Iudæis exercitatiores erãt in lege & prophetis, וְצַחֵי לָשׁוֹן מִכָּל שְׁאָר הַיְּהוּדִים id eſt, & elegantiorem tenebant linguam hebraicam, caſtigaruntq; & repurgarunt totam ſcripturam ab innumeris mendis, addiderunt

Aeditio Thalmud.

Iudæi Tiberitæ.

runt puncta uocalia, & diſtinxerunt uerſus & ſententias per accentus. Antea enim ut Cabaliſtici quoq; dicunt, tota lex erat quaſi paſuc ſeu ſententia una, & omnia cohęrebant ſine ulla uerſuũ diſtinctione, Iudæi autem illi Tiberitæ, qui ſcilicet habitabant in Mœſia Paphlagonię, ſecundum ea quæ illis tradita fuerant à maioribus in ſacra ſcriptura & oretenus acceperant, omnia redegerũt in librũ, uſi lingua difficillima, ne myſteria paſſim omnibus proponerent, collatisq; multis biblicis exemplaribus, caſtigarũt totum biblicũ corpus, ſuſtulerunt errores qui uitio ſcriptorum irrepſerant, additione punctorũ uocalium ambiguas uoces declarauerũt, atq; per accentuum notulas inuolutiores ſententias explicarunt. Nam accentuum figuræ apud Hebręos nedum id præſtant ut ſcias ubi uox ſit eleuanda uel deprimenda, uerum & diſtinguunt ſentẽtias in pauſas, membra, & alias ſubdiſtinctiones, quare & nomine טַעַם id eſt, ſaporis ſeu guſtus apud eos uocãtur, quod ſcilicet rectam ſententię intelligentiam ſua diſtinctioue lectori offerãt, ſicut puncta uocalia id præſtant ne quis in dictione erret, ſed ueram eius lectionem habeat, Hinc enim deprehendimus ue- *Accentuum commoditas.*

rant doceri legẽ? Reſpõdemus, eo modo quo ho
die etiã abſq; grãmaticę cognitione ſolo uſu & ex
ercitio diſcũt cõmentaria Rabinorũ & Thalmud
ipſum, quę carent punctis. Didicerat quidẽ Mo
ſes à domino in monte Sinai per quas uoces ſin-
gulas legis dictiones proferret, & ueniẽs ad ſyna
gogam explicauit id ſenioribus atq; presbyteris
populi. Vide ſi libet Eliã in tertia pręfatione ſuper
libellũ Maſoret hammaſoret, quẽ ſuperiorib. an
nis hic Baſileę, euulgauimus, & inuenies diſputa-
tionem iſtam multis uerbis agitari. Nos redimus
ad puncta. Hęc pro maiori parte habent nomina
Babylonica & nõ hebraica, ut zere, ſęgol, holẽ,
meloppum, mappic, dages, hirec, ſcheua, dar-
ga, thebir, &c.

ָ קָמֵץ kamez

Magiſtri Maſoreth impoſuerũt uocalibus pauca
nomina. Nam appellauerũt tam camez quàm ze
re, camez: & nomine pathah uoluerũt exprime-
re pathah & ſęgol. Reliquis uocalib. nulla dede-
rũt nomina, uocãtes ea ſolũ i o u y. Supuenientes
uero primi grãmatici, fecerunt ex camez camez
magnũ & paruũ. Paruũ appellauerũt zere. Sic di
ſtinxerũt pathah in pathah magnũ & paruũ. Par
uum

uũ uocauerunt ſegol. Impoſuerũt quoq; reliquis uocalibus nomina hirec, holẽ, ſurec, kybuz, ſcheua, hatephcamez, &c. Quod autem his quatuor pũctis camez, zere, pathah, ſegol data fuerint peculiaria nomina & alijs nõ, nulla alia eſt ratio, quã quod aliorũ punctorũ figuratio fieri nequit ſine protractione uau & iod, ut וּ u, וֹ o, אִי i, camez, ָ aũt ſcribi poteſt citra alicuius literæ protractionẽ, ſic ַ ֶ & ֵ. Porrò quare camez ſic uocetur, ſignat Elias in ſuo Thisbite hanc rationem

Nota de pũctorum nomẽclatura.

קָרְאוּ לִנְקוּדָה כָּזוֹ קָמֵץ שֶׁבַּהֲבָרָתוֹ צָרִיךְ לִקְמוֹץ שְׂפָתָיו יַחַד וּבְפַתַּח צָרִיךְ לִפְתּוֹחַ אוֹתָם

Hoc eſt, Vocant punctũ camez ſic, quod in prolatione eius neceſſe ſit aliquẽ coarctare labia ſua ſimul, in pathah autem oportet ea aperire.

ַ פַּתַּח Pathah

Significat hæc uox apertionem, quod prolatio eius requirat oris diſtenſionem, ſicut camez coarctationem.

ֶ סֶגּוֹל ֶ Segol

Vox media inter a & e, quæ & pathah paruũ uocat, habetq; à forma ipſa nomẽ iſtud. Nam peculiũ, cui tres lapides precioſi ſunt incluſi, uocatur סְגוּלָּה quod alij murenulam appellant.

Zere

ציֵרִי .. Zere

Hæc uox ut diximus alio nomine camez paruũ uocatur, putantq́ ſic apellari à ציר cardine, quia ſtringit os & erumpit inter dentes ſicut porta gyrat ſuper ſuis cardinibus.

חוֹלֶם · Holem

Aiunt holem interpretari ſanum & perfectum, ſed quomodo id cõueniat huic uocali nõ uideo. Rabi Schlomo uocat ipſum Exodi 15. מְלֹא פוּם id eſt, os plenũ, & Iudęi Germani ſic uocant punctum ſchurec.

חִירֶק · Hirec

Significat uox illa contritionem & frendorẽ dentiũ, unde & quidã alij uocãt eã שֶׁבֶר quod etiam contritionẽ ſignificat. Sed quid cõtritio dẽtium ad prolationẽ i faciat, ipſi uiderint.

שׁוּרֶק וּ Schurec.

A ſibilo labiorum quidam aſſerunt uocem u ſortitam hoc nomen. Nam uerbum שָׁרַק ſignificat ſibilare.

קִבּוּץ ֻ kybutz

Vocatur uox iſta ſchurec paruum & קִבּוּץ שׁ שְׂפָתַיִם id eſt, collectio labiorũ. Nam ad prolationem eius neceſſaria eſt collectio & plicatio labiorum

biorũ. Sũt qui eam quoq; uocant שָׁלֹשׁ נְקוּדוֹת id eſt, tria puncta, ſcilicet ſcalaria.

חֲטַף קָמֵץ ֳ Hatephcamez

Alij uocant קָמֵץ חֲטוּף id eſt, camez raptum, quod eſt o breue. Secundum Eliam tamen camez hatuph nõ differt à camez, niſi quod nõ eſt uox magna, ut in dictione כָּל quæ propter makaph holem mutat in cametz ut כָּל־ & non כֹּל־

חֲטַף פַּתַח ֲ Hatephpathah

Sonat idem quod pathah raptum, ſicut & חֲטַף סֶגוֹל eſt ſægol breuiter raptũ, nec differunt hæc puncta à ſcheua mobili, niſi quod proprius eorũ locus eſt ſub litera gutturali.

שְׁוָא אוֹ שְׁבָא ְ Scheua.

Quidã ſcribunt uocabulũ huius puncti cũ beth alij cum uau. Ratio nominis ignoratur, niſi quod quidam putãt שְׁוָא ſic uocatũ à שָׁוָה æquatore, quod ęquus miniſter ſit omniũ ferè punctorum. De hoc pũcto dantur certæ regulę à grãmaticis quando ſit obiter legendũ. Prima, Semper ſcheua eſt legendũ quãdo ſcribitᷣ ab initio dictiõis, ut מְלָכִים melachim, שְׁמֹר ſchemor è breuiter rapto. Secũda, Scheua legitur quando ipſum mox ſequitur litera gutturalis, aliâs enim gutturalis

Scheua quando legendum.

non

non audiretur, ut מַלְאָךְ maleach, מַלְעִיג male‑
ig. Tertia, Quando ſcheua uenit poſt uocē ma‑
gnam, retinet uox magna, & tunc neceſſario ue‑
nit ſcheua muſſitandum, ut שׁוֹמְרִים ſchome
rim, אָמְרוּ ameru, חֲסִיתְךָ hæſithecha.
Voces magnæ ſunt ָ ֵ וֹ וּ & hirec poſt qđ *Voces magnæ.*
ſequitur iod. Voces autem paruæ, ַ ֶ ֳ ֻ
& hirec poſt quod non uenit litera iod. Quarta,
Scheua legitur qnando ſcribit ſub litera dageſ‑
ſata, ut סִפְּרוּ ſipperu, עִוְּרִים iſſerim. Quin‑
ta, quando ſcribitur ſub litera mox geminata, ut
הַלְלוּ halelu, נְתַנְנוּ nathannenu. Sexta, quan‑
do intra dictionem duo ſcheua in cōcurrunt pri‑
mum quieſcit & alterū mouetur, ut מַלְכְּךָ mal‑
kecha. In fine uero dictionis utrumque ſcheua
quieſcit, ut וַיַּשְׁקְ uaiaſck, וַיֵּשְׁתְּ uaieſt, אָמַרְתְּ
amart. Nec inuenitur ſcheua in fine dictionis ni‑
ſi ſub literis bgad kphath, exceptis dictionibus
קוֹשְׁטְ יֵשְׁבְּ וַיַּשְׁקְ Porrb ubi ab initio dictionis
duo ſcheua concurrūt, primū regulariter mutat *Scheua quando & ubi mutetur.*
in hirec, ut ubi fuerat dicendum לְמְלָכִים dicitur
לִמְלָכִים limlachim, ſic pro בְּשְׁמוֹר dicitur
בִּשְׁמוֹר biſchmor. Quādo alterū ſcheua ſcribit
ſub iod, utrūq; mutat in unū hirec, ut pro וְיְהוּדָה

dicitur וִיהוּדָה uihuda, & pro וַיְגַלֶּה dicitur וִיגַלֶּה uigalle, & qđ frequens eſt וִיהִי pro וַיְהִי De gutturalibus uero literis, ſub quibus raro pu rum ſcheua ſcribitur, ſed fere ſemper mixtũ cum pathah aut ſægol, præſertim ab initio dictionis, hæc datur regula: Litera gutturalis hatephata cogit mox prȩcedentē literā eſſe ſibi cōformem in puncto, niſi maior neceſſitas obſtet: exempla, pro לַעֲבָרִים non dicitur לְעֲבָרִים ſed לַעֲבָרִים Sic pro בֶּאֱנוֹשׁ non dicitur בְּאֱנוֹשׁ ſed בֶּאֱנוֹשׁ Excipitur אֱלֹהִים de quo non dicitur בֶּאֱלֹהִים ſed ſeptem illa puncta mutantur in unum zere, ut לֵאלֹהִים וֵאלֹהִים בֵּאלֹהִים &c. Quod autē dixi maiorē neceſſitatē obſtare, hoc dicitur propter מִ prȩpoſitionē & articulũ הַ Quȩ cum ante alias literas habeant uocem paruam ſequente dages, literȩ autem gutturales dages recipere nequeāt, uertenda eſt uox parua in uocem magnam, puta ַ in ָ & hirec in zere, item ֻ & kybutz in holem uel in uau ſchurec. Sic enim & punctulo

Mem præpoſitio. dages ſatisfit. Exempla de præpoſitione mem: à מֶלֶךְ dico מִמֶּלֶךְ à rege, ſic à דָּבָר cum præpo ſitione mem dicit' מִדָּבָר à uerbo: ubi mem præpoſitio habet poſt ſe dages. Cum uero eadem

præpoſitio

præpoſitio accedit ad literā gutturalem quæ nō eſt dageſſabilis, mutāda ſunt hirec & dages in zere uocem magnam, ut מֵעֶבֶר à ſeruo, non מִעֶבֶר ubi puncto dages nihil reſpondet. Sic מֵאָטָר à ſpina, non מִאָטָר Item מֵעֲבָרִים à ſeruis, non מַעֲבָרִים per regulam hatephathorum, cum hic maior neceſſitas ingruat, neq; מִעֲבָרִים cum puncto dages nullum relinquatur ueſtigium. Cōformiter articulus he exigit pathah ſequēte dages, ut הַמֶּלֶךְ rex ipſe, הַדָּבָר uerbum ipſum: ſin acceſſerit ad literam gutturalem quæ nō eſt capax punctuli dages, mutatur uox parua in magnam ut הָאָדָם homo ipſe, non הַאָדָם Sic הָעֶבֶר famulus ipſe, non הַעֶבֶר Habet tamen he illud aliquando ſægol ante ain & heth, ut הֶחָכָם ipſe ſapiens, הֶעָנָן ipſa nubes. In hoc autē negocio annumerat̃ litera res literis gutturalibus, ut הָרֶגֶל pes ipſe, מֵרֹאשׁ à capite. Exquiſitam lectionem puncti ſcheua inuenies apud Eliam in libro Cantici, cantico ſeptimo. Et infrà ubi de uirgula מֶתֶג ſcripturus ſum, nonnihil amplius de eo dicam.

Articulus he.

De puncto dages.

Non cōſtat ex qua lingua uox illa dages à ueteribus gramāticis ſit deſumpta. Intelligunt au-

tem per ipſam punctum quendam, qui corpori-
bus literarum inſeritur unde fortificãtur. Et ſunt
omnes literę eius punctuli capaces præterquam
quatuor gutturales & res litera tãetſi res ſemel
aut bis inueniatur habere dages. Eſt autẽ duplex
dages, nempe דָּגֵשׁ קַל dages leue, & דָּגֵשׁ חָזָק
Dages forte. forte. Forte eſt quod unam literam in geminam
diuidit, habetq; locum in omnibus alphabeti lite
ris, exceptis אֲחָהֵעַר & præcedit ipſum ſemper
una ex quinq; uocibus paruis, ut צַדִּיק zaddic,
דִּבּוּר dibbur, סֻלָּם ſullam, מִמְּךָ mimmecka,
עֻזִּי ozzi. Voces autem magnæ quę ſyllabam re
tinent, nunquam præcedere poſſunt. Neceſſe eſt
enim ut uox pręcedẽs cadat in ſequentẽ dageſſa
tam literã, id quod litera per proferentem reten-
ta facere nequit. Propterea enim uocãtur uoces
magnę, q̃d prolatio earũ in ſequentẽ literã non
extendat, ut מְלָכִים nõ מְלָּכִים Sic קְדוֹשִׁים nõ
קְדוֹשִּׁים Eſt tamẽ hic una exceptio, nẽpe quan
do accentus iũgitur uoci magnę, ut שָׁ֫מָּה ſed nõ
שָׁמָּה Sic אֵ֫לֶּה non autẽ אֵלֶּה Porrò quando dixi
mus dages forte in omnibus literis habere locũ
pręterquã in gutturalib. id uerũ ubiq; eſſe depre-
Mappic in he. hendit, nec te offendere debet litera ה cũ pũcto
uentrali,

uentrali, ille enim nõ eſt dages, ſed mappic, aliaq́ ratiõe quàm dages inſerit literæ he, nam eſt relatiuũ fœm. pręceditq́ ipſum uox camez, ut אִישָׁהּ maritus eius, בְּנָהּ filius eius. Scribitur quidem ſed non legitur. Inueniũtur etiã tria aut quatuor uerba, quę ultimã literã he ſignant punctulo huiuſmodi, quod tamẽ non legitur, ſed monet duntaxat lectorẽ, literam eſſe immutabilem, de quo infra latius, ut גָּבַהּ eminint, תָּמַהּ admiratus eſt. Quidã tamẽ ſcribũt punctũ iſtud ſicut & mappic infra literã he, ut אִישָׁהּ גָּבַהּ nec eſt tunc hirec.

Dages leue eſt quod literam aſperã fortificat ſed non geminat, habetq́ locũ in ſolis his ſex literis בְּגַד כְּפַת idq́ tum, quando ſcribuntur ab initio dictionis aut poſt ſcheua quieſcens. Ab initio dictionis ſemper dageſſantur, niſi impediãtur per aliquam continuatam dictionem, cuius ultima litera ſit unà ex literis יֶהוּא Exempla regulæ, דָּוִד Dauid, בְּרֵאשִׁית bereſchith, גָּמָל gamal, כְּסִיל keſil, פָּנַיִם panaijm, תָּבוֹר Thabor. Exempla exceptionis, אֲנִי בוֹרֵא Ego creo, Iſa. 65. Et ibidem, וְנָטְעוּ כְרָמִים Et plantabunt uineas. Itẽ Ier. 6. הִנֵּה דְבַר יְיָ Ecce uerbũ domini. Leuiſſima tamẽ pauſa, quæ per accentuũ figuras ſignatur, Dages leue.

infringit

infringit exceptionem iſtam. Sic quando duæ liteꝛę ex bgad kphath eiuſdem prolationis à principio concurrunt, ſuperueniens יַהוּא non imponit primæ raphe, ut כִּי בְמַקְלִי עָבַרְתִּי Quoniam in baculo meo tranſiui, בְּהִכָּבְדִי בְּפַרְעֹה Cum glorificatus fuero in Pharaone. Cæterum ſcheua quieſcens ſi ſequatur una ex בְּגַד כְּפַת nō ſemper cogitur habere dages leue, ut מַלְכֵי הָאָרֶץ reges terræ. Sic כִּדְבָרֶיךָ iuxta uerba tua, ubi beth poſt ſcheua quieſcens caret punctulo dages. Regula. Sicut poſt ſcheua quieſcens in literis בְּגַד כְּפַת plerunque ſequitur dages leue, ita poſt ſcheua mobile nūquam ſequitur dages, nec forte nec leue præterquàm in dictione שְׁתַּיִם & שְׁתֵּי id eſt, duæ. Scribit ergo Elias in ſuo Thisbite, Iudæos toto cœlo errare, qui in ſuo tphillim ſcribunt רְבִּי Rabbi, cum omne initiale ſcheua ſit mobile.

Quid dages ſignificet.

Regula alia. Dages forte ferè ſemper aliquid in uerbis ſignificat, puta defectū literæ aut certam coniugationem, dages autem leue nunquam aliquid aliud ſignat quàm litterę cui inſertum eſt intenſionem. Vnde literæ בְּגַד כְּפַת triplicem admittunt prolationem: Sine omni dages aſpirantur &

tur & laxãtur in ſui prolatione ut דָּבָר daſar non
dabar, Sic לְפָנֶיךָ lephanecha, non lepanecha.
Cum dages leui intẽduntur, ut בָּרָא bara, תֶּלֶם
telem, יִשְׁתֶּה ijſtæh:& cũ dages forti geminan-
tur, ut אֶתֵּן ætten, אַפַּיִם appaijm, דִּבֵּר dibber,
צַדִּיק zaddic. Naturale erga earum punctũ eſt
dages leue, idq; duntaxat ab initio dictionis &
plerumq; poſt ſcheua quieſcẽs, in alijs autem lo-
cis raphantur, prẹſertim cũ præcedit ſcheua mo
bile, aut uox magna aut una ex literis יֶהוּא quæ
uocem magnã includere perhibẽtur, idq; nedum
intra corpus unius dictionis, uerũ et intra duas di
ctiones nulla pauſa intercedẽte, ubi ultima litera
prioris dictiõis eſt יֶהוּא aut uox magna, & mox
ſequentis dictionis initialis litera eſt una ex בְּגַד
כְּפַת Exempla, עָשִׂיתָ non עָשִׂיתָ Sic יָבֹא non
יָבֹא Et בְּבָרִים non בְּבָרִים Item בְּרוּבִים non
בְּבוֹרִי Et cum ſcheua mobili בְּבוֹרִי non בְּרוּבִים
Sic בְּתוֹךְ nõ בְּתוֹךְ Itẽ ubi duæ dictiones in eodẽ
cõtextu ſine media pauſa ſeſe cõſequũtur, ut כְּלֵי
בֵּית יְיָ uaſa domus domini, עָשָׂה כְסִיל רָע Fe-
cit ſtultus malum, חֲרָדָה גְדוֹלָה pauor magnus,
אֱלֹהֵי דָנִיֵּאל De תֵּלַכְנָה בְתוּלוֹת Abierũt uirgines,
us Danielis, מִשְׁתֵּה בַחוּרִים cõuiuiũ adoleſcẽtũ.

De commutatione uocum paruarum in magnas intercedente puncto dages.

Oſtendimus ſuprà omnes literas prẹter gutturales & res literam ſuſcipere dages forte, atque dages illud nunquam eſſe ſine officio. Cum enim literam geminet, ferè ſemper oſtendit literam aliquã deeſſe, quæ ad dictiõis illius requiritur eſſentiam, cuius dages illud ueluti ueſtigiũ eſt. Id cum ita ſit, quid agendum erit quando litera cui dages eſt inſcribendum fuerit una ex indageſſabilibus? Manebit'ne litera & non abijcietur, cũ non poſſit poſt ſe relinquere ueſtigium dages? Nequaquam, ſed dages illud & præcedens punctus paruus mutanda ſunt in uocẽ magnam. Eſt enim æquiualentia quædam inter uoces paruas & dages ſimul acceptum, atq; uoces magnas, & ob id uox parua & dages (quando dages non habet locum idoneum) ſunt mutanda in uocẽ magnam. Quẹris quẹ uox parua & dages in quã uocẽ magnam ſit mutanda? Dicam:

Pathah & dages in kamez.

Hirec & dages in zere.

Hatephcamez & dages in holem.

Kibuz & dages in holem, aliquando in ſurec.

Sægol

Sægol ∵ & dages quando ueniunt mutāda, mutantur in zere.

Exempla, à שָׁמַר cuſtodiuit fit in paſſiuo נִשְׁמַר cuſtoditus eſt, & in futuro abijcitur litera nun, relinquitur'que ueſtigium dages in litera ſchin, ut אֶשָּׁמֵר cuſtodiar, יִשָּׁמֵר cuſtodietur. Vides defectum literæ nun, quę eſt de eſſentia paſſiuæ uocis, in ſchin? Accipe nunc uerbum aliquod, cuius prima radicalis litera eſt gutturalis & tranſfer illud in futurũ paſſiuę uocis, ſitq́; exempli gratia אָמַר dixit. Ab illo fit in paſſiuo נֶאֱמַר dictus eſt, & in futuro abijcitur nun atque aleph eſt ſignandum puncto dages, ſed non eſt dageſſabile. Quid ergo faciendũ? mutāda uox parua cum dages in uocem magnam, & dicendum אֵאָמֵר dicar, יֵאָמֵר dicetur. Aliud exemplum.

Mem prępoſitio regulariter habet hirec ſequēte dages, ut מִנַּעַר à puero, מִמֶּלֶךְ à rege, מִשָּׂדֶה ex cāpo. Quando uero litera quæ ſequitur literā mem non eſt dageſſabilis mutandũ eſt hirec cum dages in zere uocē magnā, ut מֵאָדָם ab homine, מֵעֶבֶד à ſeruo, מֵחָכָם à ſapiente. *Mem prępoſitio.*

Aliud exemplum, In cõiugatione ſecunda imperatiuus ſub prima habet pathah ſequēte dages

ut דַּבֵּר loquere, סַפֵּר numera: & quando altera non eſt dageſſabilis mutantur dages & pathah in camez uocem magnā, ut בָּרֵךְ barech pro barrech, benedic, בָּאֵר pro בַּאֵּר explana. Sic paſſiuum huius coniugationis habet kybuz ſequente dages, ut סֻפַּר numeratus eſt, אֻכַּל deuoratus eſt, at cum media non eſt dageſſabilis mutantur kybuz dages in holem uocem magnam, ut בֹּרַךְ benedictus eſt, אֹרְשָׂה deſponſata eſt, טֹהַר purificatus eſt. Idem iudicium eſt de hatephcamez & dages, quæ uertuntur in holem.

Nota. Eſt præterea hic notandum, uocem magnam extra caſum literarum gutturalium non raro mutari in uocem paruam & dages, ut ab הֵסִית incitauit fit regulariter in futuro אָסִית incitabo, תָּסִית incitabis, יָסִית incitabit. At ſæpiuſcule uox magna mutatur in uocem paruam reſpondentem, & dages, ut יַסִּית incitabit, Iſa. 36. Sic הַסִּית pro הֵסִית Ierem. 38. Et ab אִישׁ uir, fit in fœm. אִשָּׁה uirago pro אִישָׁה Sic pro גְּדוּלָּה dicitur גְּדֻלָּה magnificentia, & pro צִיצִים flores צִצִּים &c. Vide Eliam Cantico quinto in ſuis perakim. Sic uerbum הֵתֵל quod circumuenire ſignificat, ſcribitur in ſecunda coniugatione nulla urgente neceſſitate.

ceſſitate ſine dages, mutanturq́ in præterito hi-
rec dages in zere, & pathah dages in infinitiuo
in camez, ut Exodi 8. אַל יוֹסֵף פַּרְעֹה הָתֵל Nō
adijciat Pharao fallere. Tertij tamen Reg. 18.
inuenitur canonice ſcriptum cum dages in hunc
modum וַיְהַתֵּל בָּהֶם אֵלִיָּהוּ Et circumuenit eos
Elias. Hactenus de literis & punctis ut lectioni
inſeruiunt, nunc de literis & ſyllabis ut declina-
tioni & coniugationi atq; numeris inſeruiunt.

DE LITERIS ESSENTIALIBUS *& miniſterialibus.*

Diuidūt Hebræi alphabetum in duas æquales partes. Vndecim nanq; literæ ſunt perpetuo eſſentiales, ſeu ut ipſi loquūtur, radicales, & alij undecim nōnunquam ſeruiles, atque ſæpe radicales. Radicem Hebræi uocant שֹׁרֶשׁ quę ſcilicet tres habet fundamentales literas in ſuo themate, nec ullum nomē aut uerbū apud eos inuenitur, quod ſaltem purum hebraicū eſt, quod plures aut pauciores in origine habet literas. Et omnes aliæ literæ, quę his tribus radicalibus accedunt, à fronte uel à calce, conſtituētes uel genus, uel numerū, *Radix ſeu thema.*

uel declinationem uel tempus aut perſonã, accidentales, hebraice מְשַׁמְּשׁוֹת id eſt, miniſteriales ſeu ſeruiles uocantur. Nec uulgare eſt artificium poſſe ſeparare miniſteriales literas ab eſſentialibus eruereq́ purum uocabuli thema ex adiectis extraneis. Huius rei tale accipe exemplum. Verbum מָלַךְ regnauit, habet tres radicales literas & eſt pura radix, & ob id quicquid literarũ acceſſerit, hę erũt additiciæ, ut מָלַכְתִּי regnaui, מָלְכוּ regnauerũt, אֶמְלוֹךְ regnabo, מֶלֶךְ rex, ubi rurſum habes purã radicem מַלְכָּה regina, מְלָכִים reges, מַמְלֶכֶת regnũ, &c. Vides, omnes literę quę hic accedunt radici מלך ſunt miniſteriales, ideo abijciẽdę quãdo thema eruitur. Vbi notãdum, ut ſuprà quoq; diximus, omnes alphabeti literas poſſe radicales eſſe, undecim tamen ſemper & perpetuo, quãdo in dictiõe inueniunt, ſunt radicales, nempe hę, גַּר זַחַט סַעַת צַקַר aliæ autem undecim, uidelicet אַב חוי כְּלַם נַשַׁת ſæpe inueniuntur radicales, ſed frequentius miniſteriales. In eis enim tota grammaticæ uarietas conſiſtit. Et qui earum naturam ſeu poteſtatem bene cognoſcit, is totam tenebit grammaticam. Quædam earum ſeruiũt dũtaxat à capite dictio-

Grammatica pendet ab undecim literis.

nis,quędam à principio & fine,& quędã in principio,medio & fine.

A capite ſeruiunt, אֶלְבַּשׁ

A capite & fine ſeruiunt בֵּן חֹם

Vbiq; ſeruire deprehenduntur יוֹת

Sed hoc ordine quo literę hic poſitæ ſunt, explicabimus quoq; officia earum.

אֶלְבַּשׁ

ALeph ſuperaddita radici facit primã perſonam fut.temporis ſingul.ut אֶשְׁכַּב iacebo, אָקוּם ſurgam, אֲסַפֵּר narrabo. Facit quoq; interdum nomen denominatiuũ,quod Hebræi uocãt hæmanthicũ, ut à שָׁמַר cuſtodiuit, אַשְׁמוּרָה cuſtodia,uigilia. Sic à זְרַע fit אֶזְרוֹעַ brachium.

LAmed à fronte articulus eſt datiui caſus, ut לְאָדָם homini,item accuſatiui, ut לִשְׁמוֹר ad cuſtodiendum,quandoq; genitiui, ut מִזְמוֹר לְדָוִד pſalmus Dauidis.

BEth ualet præpoſitionem in uel cum, item aduerbium dum: exempla בְּבַיִת in domo, בְּעִיר in ciuitate, בְּמֶלֶךְ cũ rege, בִּשְׁמוֹר in cuſtodiendo ſiue dum cuſtodiret.

SChin. Hęc litera cum ſægol pũctata in ſacris libris raro, ſed apud rabinos ſępiuſcule ualet relatiuum

relatiuum qui, quę, quod, ſingulariter & pluraliter, itē quod cōiunctionaliter, ut אֲנִי שֶׁהַמְּדַבֵּר Ego qui loquor, אִשָּׁה שֶׁתִּרְאֶה mulier quæ uiderit, &c. Porrò in libro Iudicum cap. 5. inuenitur habere pathah loco ſægol, ut עַד שַׁקַּמְתִּי uſque quo ſurrexi. Et nota quod ſemper poſt eā ſequitur dages, ſi ſequens litera eius ſit capax.

כֵּן חֵם.

CAph à fronte eſt aduerbiū ſimilitudinis, ut, adinſtar, ſicut, item prępoſitio ſecundū, iuxta: ut כְּחַסְדֶּךָ ſecundum miſericordiam tuam, כְּעָם כַּכֹּהֵן Sicut populus ſic ſacerdos. In fine ualet tu, tuus: Et quando refertur ad maſc. genus habet camez, & quando ad fœmin. ſcheua, ut אִשְׁתְּךָ uxor tua, אִישֵׁךְ maritus tuus. Maſculinum aliquando recipit dages, præſertim in futuro, ut יִשְׁמָרְךָ cuſtodiet te. Superadditur etiam aliquando paragoge he.

NVn à frōte duplex habet officium, ſemel enim conſtituit paſſiuam uocem in prima coniugat. ut à שָׁמַר cuſtodiuit, in paſſ. נִשְׁמַר cuſtoditus eſt, ab אָהַב dilexit, נֶאֱהַב amatus eſt. Alio modo facit primam perſonā fut. pluralem,

ut נִשְׁמוֹר cuſtodiemus, נִלְמַד diſcemus. In fine ualet earũ, eas: ut אֲהוּבָן dilectus earũ, מַלְכָּן rex earũ, שְׁמָרָן cuſtodiuit eas & cũ paragoge he, ut בֹּאָנָה aduẽtus earũ. Ier. 8. Facit quoq; nõ raro nomen demnominatiuum, ut שֻׁלְחָן menſa, קָרְבָּן oblatio, חָרוֹן ira.

HE, à fronte multa habet officia, ſimiliter à fine. A frõte primo additur nominibus uelu ti articulus quidã, uocatq; ab Hebręis he הַיְדִיעָה id eſt, cognitionis ſeu demõſtrationis, redditq; ſignificatũ nominis cui additᵉ inſigne, & in eodem officio plerũq; eſt articulus genitiui caſus, ut כֶּלֶב canis, הַכֶּלֶב canis ille, נָבִיא propheta, הַנָּבִיא propheta, quidã, uel propheta talis & tãtus, אֲדוֹן הַשָּׁמַיִם dominus cœlorum, שַׂר הָאָרֶץ princeps terrę. In eadẽ forma ſępe habet uim relatiuã, ut אִישׁ הָעוֹשֶׂה כֵּן וְכֵן Vir qui agit ſic & ſic. Capitᵉ quoq; nõnuq̃ in hac forma pro litera uocatiua ô ut הָאֱלֹהִים חָנֵּנִי O deus miſerere mei. Et nota qd ſemp punctatᵉ cũ pathah & ſequitᵉ dages. Quod ſi dages nõ habuerit locũ in ſequẽti litera, mutantur duo illa pũcta in camez uocem magnã correſpõdentẽ. Ante quaſdã tamẽ gutturales mutantᵉ pathah dages in ſęgol, ut הֶהָרִים mõtes illi, aut

Primum hé officium.

e manet

manet purũ pathah, ut הַהִין mẽſura Hin. Notabis
& hoc, quãdo alię ſeruiles literę, nẽpe בְּלֵב acce-
dũt ad iſtud he, extrudũt ipſum ſuſcipiuntq́ pun
ctũ eius, ut בָּאָרֶץ in terra, pro בְּהָאָרֶץ Sic לַבַּיִת
ad domum, pro לְהַבַּיִת Et כַּמֶּלֶךְ ſicut rex ipſe,
pro כְּהַמֶּלֶךְ Eſt autem naturale pũctum harum
ſeruiliũ literarũ כלב ſcheua. Extant tamen quæ-
dam loca in biblijs, ubi literę כלב non extrudunt
Secundum officium. hæ literam. Aliud officiũ huius literæ eſt, quod
à fronte non raro eſt quęſitiua ſeu interrogatiua
litera, pũctaturq́ tunc cum ‒: ut, הֲלֹא אֲנִי אֲדֹנָי
An nõ ego dominus? הֲבַת תִּשְׁעִים שָׁנָה אֲנִי
Num filia nonaginta annorũ ego? Cæterũ pun-
ctus ‒: in duplici caſu mutat in purũ pathah,
uidelicet quando uenit ad literam ſcheuatã uel
ad literã gutturalem, ut הַבְרָכָה אַחַת הִיא לְךָ
אָבִי Num benedictio una eſt tibi pater mi? Gen.
27. הַכְזוֹנָה יַעֲשֶׂה Num ut ſcortum faciet? Gen.
34. Et cũ uenit ad literas ſeruiles non raro admit-
tit poſt ſe dages, ut הַכְּצַעֲקָתָהּ הַבָּאָה אֵלַי Num
ſecundum clamorem qui uenit ad me. Gen. 18.
Et cũ literis gutturalibus, ut הַאִישׁ כָּמוֹנִי יִבְרַח
Num uir ut ego fugiet? Et cum pathah paruo,
הֶחָכָם יִהְיֶה אוֹ סָכָל Num ſapiens futurus ſit an
ſtultus,

ſtultus. Concurrit etiam ad conſtitutionẽ coniugationis cuiuſdam actiuæ quę hiphil uocatur, ut ab אָכַל comedit, fit הֶאֱכִיל cibauit, fecit, comedere. Officiũ he in fine dictionis eſt multiplex: primum quod conſtituit fœm. genus tam in uerbis quàm in nominibus pręcedẽte camez, ut חָזָק ualidus, חֲזָקָה ualida, חָדָשׁ nouus, חֲדָשָׁה noua. Item שָׁמַר cuſtodiuit uir, שָׁמְרָה cuſtodiuit mulier. Secundũ, cum punctulo mappic eſt relatiuũ fœm. ut אִישָׁהּ uir eius, בַּעְלָהּ maritus eius, מַלְכָּהּ rex eius. Quando uero camez præcedere non poteſt, habet he camez ſibi ſubſtratum, ut בַּעֲלֶיהָ mariti eius, דְּבָרֶיהָ uerba eius. Tertium, he deſignat motum ad locum, ualetq; idem quod lamed à principio, ut אַרְצָה idẽ quod לָאָרֶץ in terram, הַשָּׁמַיְמָה idem quod לַשָּׁמַיִם in cœlũ, מִצְרַיְמָה idem quod לְמִצְרַיִם in Aegyptũ. Quartũ, Sæpe accedit litera he ſecundæ perſonę præteriti maſc ut שָׁמַרְתָּה pro שָׁמַרְתָּ cuſtodiuiſti, ſed ſępius ſuperadditur primæ perſonæ futuri utriuſq; numeri, & imperatiuo maſc. ſingulari, ut אֶשְׁמֹר & אֶשְׁמְרָה cuſtodiã, נִשְׁמֹר & נִשְׁמְרָה cuſtodiemus: item שְׁמֹר & שָׁמְרָה cuſtodi. Adijcitur etiam quibuſdam nominibus

Officium he finale.

Secundum officium.

Officium tertium.

Officium quartum.

(paucis tamen) ocioſe, ut לַיְלָה pro לַיִל nox, ſic in uerbis אֶשְׁמְרָה pro אֶשְׁמֹר custodiam.

MEm à fronte duo habet officia, unũ quod eſt præpoſitio à uel ab, ſequiturq́ſ ſemper ipſum dages & id propter defectum præpoſitionis abſolutę quę eſt מִן Ea enim ſępe abijcit nun & tranſit in unam dictionẽ cũ ea cui additur, ut מִן שָׁמַיִם uel breuius מִשָּׁמַיִם à cœlis, מִסֵּפֶר ex libro, pro מִן סֵפֶר. Et quando uenit ad literã non dageſſabilem, migrãt hirec & dages in correſpondentem uocem magnam, ut מִן אֶרֶץ uel מֵאֶרֶץ ex terra, מֵאָדָם ab homine. Circumloquuntur etiam Hebræi per hanc præpoſitionẽ comparatiuũ gradũ, ut זֶה יָשָׁר מִמֶּנִּי Iſte eſt rectus pręme, id eſt, rectior me. Superlatiuum uero circumloquũtur per ad uerbium מְאֹד ualde, ut טוֹב מְאֹד ualde bonus, id eſt, optimus.

Secundum officium mem. Alterũ officiũ eſt, quod frequentiſſime cõſtituit denominatiua, & tũc habet quoq́ſ hirec ſed ſine dages, ut מִשְׁפָּט iudicium, מִכְתָּב ſcriptura. Et quando prima eſt gutturalis, uertitur hirec propter hatephpatah in pathah, ut מַעֲשֶׂה opus, מַחֲשָׁבָה cogitatio. Sic quãdo prima nun deficit, ut מַטָּע plãtatio, מַשָּׂא onus, מַפָּלָה ruina, ubi

mem debuit habere hirec,ſed ad uitãdam lectio
nis ambiguitatem, ne ſcilicet mem putaret̃ eſſe
præpoſitio uertit̃ hirec in pathah. Inuenit̃ ta
men unum,in quo hirec ſequente dages manet,
nempe מִטָּה lectus, quod ſit propter מַטֶּה id
eſt, baculus, quæ deſcendunt ab una radice נָטָה
diuertit. Item quãdo media radicalis eſt uau quie
ſcẽs,habet mem hęemanthicũ camez, ut מָקוֹם
locus מָנוֹס fuga. Et quando ſuperadditur he
fœmin. litera migrat camez in ſcheua,ut מְנוּחָה
quies, מְלוּנָה diuerſorium. Item cum prima ra
dicalis fuerit iod,migrat illa propter mem deno
minatiuũ in uau,ut מוּסָר diſciplina, מוֹשָׁב ca
thedra, מוֹרָא timor. Vnde eſt regula : Quan *Nota bene hãc*
do ſeparaueris ab initio dictionis literas ſeruiles *regulam.*
& ueneris ad uau, muta illud in iod & prodibit
radix. Item quomodo mem concurret in tribus
coniugationibus,piel, hiphil & hithpaël, cõſti
tutionem participiorum, infrà oſtendet̃ in con
iugationibus uerborum. Mem ſeruile in finę
relatiuũ eſt plur.maſc. tertię perſonæ,ut מַלְכָּם
rex eorum, שְׁמָרָם cuſtodiuit eos, habetq́ ſem
per ante ſe camez pręterquã in uerbis futuri tem
poris,tũc enim habet zere,ut יִשְׁמְרֵם coſtodiet

eos. Eſt etiam aliquando hęemanthicum in fine, ut שִׁלְשׁוֹם nudiuſtertius, יוֹמָם interdiu, חִנָּם gratis, אָמְנָם utiq́, uerum.

יוֹת

IOd ubiq́ ſeruilis inuenitur. A principio facit tertiam perſonam fut. temporis utriuſque numeri, ut יִשְׁמוֹר cuſtodiet, יִשְׁמְרוּ cuſtodient, יָקוּם ſurget, יָקוּמוּ ſurgent. Conſtituit etiam pauca quædam denominatiua, ut יִצְהָר oleum יַנְשׁוּת noctua, & in proprijs nominibus יִצְחָק riſus, יַעֲקֹב ſupplantatio, יִשְׁמָעֵאל auditus dei, &c. In fine primo eſt relatiuũ primę pſonæ ſingularis, ut מַלְכִּי rex meus, בֵּיתִי domus mea: in plurali uero præcedit pathah, ut מְלָכַי reges mei, Iod gentile. סְפָרַי libri mei. Secundo facit adiectiuũ gentile, ut יִשְׂרְאֵלִי Iſraëlites, מִצְרִי Aegyptius, יְהוּדִי Iudęus. Deſinit etiam ſecunda perſona imperatiui & itẽ futuri ſing. fœm. in iod literam, ut שִׁמְעִי בַּת Audi filia תִּשְׁמְעִי הָאִשָּׁה Audies ô mulier. Porrò inter ſecũdam & tertiam radicalem inſerta, facit aliquando nomen ſubſtantiuum, aliquando adiectiuum, & in uerbis ſæpe uerbum hiphil ſeu tranſitiuum, ut קָצִיר meſſis, יָמִין dextra

צריס

צַדִּיק iuſtus, חָסִיד pius, הִשְׁמִיעַ diuulgauit, הִקְרִיב applicuit. Et in fine nõnunquã ociose acceſſit, ut pſal. 112. מְקִימִי ק מֵקִים Sic לְהוֹשִׁיבִי pro לְהוֹשִׁיב

VAu à principio ſemper & perpetuo eſt cõiunctio copulatiua, exceptis paucis quibuſdam proprijs nominibus, habetq́ pro naturali puncto ſcheua, ut וְרֶגֶל Et pes, וְעִיר Et ciuitas. Habet tamen multas exceptiones. Prima quando uenit ad gutturalẽ hatephatam, reſpondet illi in pũcto, ut וַחֲמוֹר Et aſinus. וֶאֱנוֹשׁ Et homo. Secunda, cũ acceſſerit ad unam ex בּוּמַף habet ſchurec, ut וּבַיִת Et domus, וּוַשְׁתִּי Et Vaſti, וּמֶלֶךְ & rex, וּפֶרֶץ & interruptio. In certis tamen caſibus retinet ante bumaph ſcheua uel aliũ punctum quàm ſchurec, ut Gen. 1. וָבֹהוּ de quo uide ſi libet Eliam in libello officiorũ. Tertia Ante literam ſcheuatam habet ſchurec ſicut ante bumaph, ut וּגְבוּל Et terminus, וּסְפָרִים Et libri. Quando tamen accedit ad iod ſcheuatum, mutantur ambo ſcheũa in unũ hirec, ut וִיהוּדָה Et Iehudas, וִידַעְתֶּם & ſcietis. Quarta, ante nomen אֱלֹהִים habet zere & aleph deſtituit omnibus pũctis, ut וֵאלֹהִים Et deus. Notandũ quoq;

Vau cõiunctio quomodo punctetur.

hic,

hic, quando uau additur uerbis, habet duplicem denominationem, uidelicet uau הִפּוּךְ id eſt, conuerſiuum, & uau חִבּוּר id eſt, coniunctiuum. Vo- *Vau hippuch.* catur hippuch quando nedum eſt copula, ſed & cum pathah mutat tempus futurum in præteritum, & cum ſcheua mutat pręteritũ in futurum: ut וְשָׁמַר Et cuſtodiet, וְשָׁמַעְתָּ Et audies. Item וַיִּשְׁמֹר & cuſtodiuit, וַתִּשְׁמַע & audiuiſti. Habet aũt litera futuri temporis ſemper dages poſt uau pathah, excipitur aleph quæ non eſt capax punctuli dages, ideo mutatur pathah in camez, ut וָאֶשְׁמֹר & cuſtodiui. Et item iod ſcheuatum non dageſſatur, ut וַיְדַבֵּר & locutus eſt. Cæterũ propter literas gutturales atq; literas bumaph, quę mutant naturale punctum ſcheua, nihil decedit officio literę uau, ut וּמָשַׁלְתִּי & dominabor, ſtante uau ſurec loco uau ſcheua: item וַאֲכַלְתֶּם & comedetis, Sic וִידַעְתֶּם & ſcietis. Manet tamen interdum inuariata ratio præteriti propter uau ſcheuatum, idq; propter aliam & aliam *Vau hibbur.* accentus locationem. Vaũ uero חִבּוּר eſt pura copula, quę in uerbis nullũ tẽpus mutat, ut cum ſcheuatũ adijcitur futuro tempori. Per uau ſcheuatum intellige etiam uau pathathũ, hirecatum

& ſurecat

& ſurecatum,quando ſcilicet ob literā gutturalem ſcheua migrat in pathah,aut propter literā ſcheuatem ſcheua trāſit in ſurec,aut propter Iod ſcheuatū ſcheua uertitur in hirec. Hæ enim mutationes non obſtant quin uau ante futurum tempus pura ſit coniunctio: Exempla de omnibus, וְיִשְׁמוֹר & cuſtodiet, וְתִשְׁמְרוּ & cuſtodietis, וְתְדַבֵּר & loqueris, וְיְדַבֵּר & loquetur. De uau pathah in futuro nullum poteſt dari exemplum, cum literæ איתן futuri temporis medient inter uau hibbur & primam radicalē. At in imperatiuo poſſunt dari exēpla, ut וַעֲבוֹר & tranſi, וֶאֱהַב & ama, &c. Vau in fine ſubiūctum tertiæ radicali cum ſurec, ſemper & regulariter facit pluralem numerum in uerbis, ut שָׁמְרוּ cuſtodierunt, שִׁמְרוּ cuſtodite, יִשְׁמְרוּ cuſtodient, & commutatur aliquando in kybuz, ut יִשְׁמְרֻנִי cuſtodient me, & יִשְׁמְרֻה cuſtodient. Quando uero inter ultimam radicalem & uau ſurec ponitur he uel nun dageſſatum, facit eius, ei, eum, ut יִשְׁמְרֶנּוּ & יִשְׁמְרֵהוּ cuſtodiet eum. Idē ualet ſi habeat punctum holem aut fuerit conſonans, ut לַחְמוֹ panis eius, שְׁמָרוֹ cuſtodiuit eum, אָבִיו pater eius, שְׁמַרְתִּיו cuſtodiui eum, בָּנָיו filij

Vau ſeruiens in fine.

Vau intra dictionem.

eius, אָזְנָיו aures eius. Cæterum uau litera cum holem aut ſurec poſita inter primā & ſecundam, aut inter ſecundam & tertiam radicalem, conſtituit adiectiua, participia et nomina ſubſtātiua: ut רַחוּם miſericors, חַנּוּן clemens, שָׁמוּר cuſtoditus, עָזוּב derelictus, קָדוֹשׁ ſanctus, רָחוֹק longinquus, עוֹלֵל infans, אוֹיֵב hoſtis, שׁוֹמֵר cuſtodiens & cuſtos, אוּלָם porticus אוֹפָן rota, אוֹצָר theſaurus, נִימָן murenula, קוֹדֶשׁ ſanctitas, חוֹדֶשׁ nouiluniū, גְּבוּל terminus, חֲמוֹר aſinus, דִּבּוּר locutio, אֵבוּס præſepe, שָׁלוֹם pax, &c. Reliqua quæ de uau eſſent memoranda, quomodo iod in tertio ordine & he in quinto ordine mutanť in uau, explicabūtur in cōiugationibus.

TAu litera ab initio facit ſecūdam perſonam futuri temporis utriuſque numeri & generis, & item tertiam perſonam fœminini utriuſque numeri, ut תִּשְׁמוֹר cuſtodies ô uir, תִּשְׁמְרוּ cuſtodietis uos uiri, תִּשְׁמְרִי cuſtodies tu mulier, תִּשְׁמוֹר cuſtodiet mulier, תִּשְׁמֹרְנָה cuſtodietis & cuſtodient mulieres. Eadem litera radici præfixa facit quoque plurima hęemanthica, ut תִּפְאֶרֶת decor, תַּאֲוָה cōcupiſcētia, תַּלְמוּד doctrina, תַּלְמִיד diſcipulus, תְּפִלָּה oratio,

תְּרוּמָה

תַּרְדֵּמַת ſomnus. A fine uero hæc litera primo facit ſecundam perſonam præteriti perfecti, ut, שָׁמַרְתָּ cuſtodiuiſti tu uir, שָׁמַרְתְּ cuſtodiuiſti tu mulier. Secundo deſinunt in eam plurima fœminina, ut עֲטֶרֶת corona, מִשְׁמֶרֶת cuſtodia, & participia fœminina, שׁוֹמֶרֶת cuſtodiēs, מְדַבֶּרֶת loquens. Et quando penultima eſt gutturalis, mutatur duplex ſægol in duplex pathah, ut שׁוֹמַעַת audiens, דַּעַת ſcientia. Sunt etiam multa quæ deſinunt in uth & ith, ut מַלְכוּת regnum, יַלְדוּת natiuitas, שִׁפְלוּת humilitas, רֵאשִׁית principiū, שְׁאֵרִית reliquiæ, חֲמִשִׁית quinta. Infinitiuus quoq; quorundam ordinum deſinit in literā tau, ut גֶּשֶׁת appropinquare, לֶכֶת incedere, קַחַת accipere, עֲשׂוֹת facere, הֱיוֹת eſſe. Porrò intra dictionem quali officio fungatur tau, uidebitur infra in coniugatione hithpaël. *Tau à fine ſeruilis.*

De ſyllabis ſeruilibus.

Ex memoratis undecim literis ſeruilibus conſtituuntur quoq; ſyllabæ aliquot miniſteriales, quarum quædam ſeruiūt nominibus, quædā uerbis & quædam utriſq;.

ים Hæc ſyllaba radici in fine ſuperaddita conſtituit pluralem numerū nominū maſc. ge-

neris, quando ſcilicet hirec præcedit. Sin hirec ſub iod ſcribatur facit dualem numerum: Exempla, דָּבָר uerbũ, דְּבָרִים uerba, מֶלֶךְ rex, מְלָכִים reges. Habẽt etiam quædam fœminina hanc terminationem, ut נָשִׁים mulieres, פִּלֶגֶשׁ concubina, פִּלַגְשִׁים concubinę. Cum autem hæc pluralia conſtruuntur cũ ſequenti genitiuo caſu, abijcitur mem finale, mutaturq́ hirec in zere, ut מַלְכֵי הָאָרֶץ reges terræ, דִּבְרֵי הָאֱלֹהִים ſermones dei.

Dualis numerus. Dualem numerum habẽt ea quę natura aut aliâs dualitate quadam conſtant, ut ſunt pleraq; membra in corpore animalis, ut רֶגֶל pes, רַגְלַיִם duo pedes, יָד manus, יָדַיִם duæ manus, אֹזֶן auris, אָזְנַיִם duę aures. Sic de duobus regibus dici poteſt מְלָכַיִם In cõſtructione uero tenẽt normam maſculinorum, ut אָזְנֵי הָאָדָם aures hominis.

וֹת Terminatio eſt plur. nominũ fœmininorum, ut צְדָקָה iuſticia, צְדָקוֹת iuſticiæ, מַלְכָּה regina, מְלָכוֹת reginæ. Deſinunt tamen plurima maſculina in hanc ſyllabã, ut אָב pater, אָבוֹת patres, לַיִל nox, לֵילוֹת noctes.

אֵת Articulus eſt caſuum præſertim accuſatiui. Et quando in biblijs ſacris habet proprium accentũ ſcribitur cum zere, quãdo uero

per

per uirgulam makaph coniungitur alteri dictio ni punctatur cum ſægol, ut נָשָׂאתִי אֶת פָּנַי leua/ui faciē meā. Et נָשָׂאתִי אֶת־ פָּנַי Interdū eſt etiā prępoſitio, recipitq; affixa & mutatur ſegol in hirec, ut אִתִּי mecum אִתְּךָ tecum.

כֶם Veſter, uobis, uos, adiungitq; tam uerbis quàm nominibus, ut דְּבַרְכֶם uerbum ueſtrum, שְׁמָרְכֶם cuſtodiuit uos, יִשְׁמָרְכֶם cuſtodiet uos. In fœminino uero, pro כֶם ſcribitur כֶן ut בַּעְלֵיכֶן mariti ueſtri.

הֶם Cum ſegol, eorum, eis, eos, inueniturq; ſolū nominibus pluralibus ſuperaddi, ut בְּנֵיהֶם filij eorum, נַעֲרֵיהֶם pueri eorū: & in participijs אוֹכְלֵיהֶם comedētes eos. Nomina uero ſingularia & uerba habent mem pręcedente uoce magna, ut ſupra in litera mem oſtendimus, ut נַעֲרָם puer eorū, שְׁמָרָם cuſtodiuit eos, יִשְׁמְרֵם cuſtodiet eos. In eadem ſignificatione ſubijcitur uerbis tranſitiuis imperatiui modi & futuri temporis ſyllaba מוֹ ut הַסְתִּירֵמוֹ & הַסְתִּירֵם abſconde eos, אַשְׁלִיכֵמוֹ proijciā eos, פִּימוֹ os eorum, עֲבֹתֵימוֹ funes eorū. Porrò qđ de הֶם relatiuo maſc. ſcripſimus, idem ſentiendum eſt de הֶן affixo fœminino, ut מַלְכֵיהֶן reges earum.

תִּי Facitprimam perſonam præteriti perfe⸗ cti ſing. ut אָמַרְתִּי dixi, דִּבַּרְתִּי locutus ſum,&c..Solet etiam he fœmininum in affixorũ ſubiunctione mutari in tau raphatum,& quando ſubditur iod,præ ſe fert formam primę perſonę præteriti,ut צְדָקָה iuſticia, צִדְקָתִי iuſticia mea.

תֶּם Facit ſecundã perſonã pręt.plur. maſ. ut שְׁמַרְתֶּם cuſtodiuiſtis, דִּבַּרְתֶּם locuti eſtis. In fœm. dicitur דִּבַּרְתֶּן locutę eſtis.

נוּ Valet idẽ quod nos, noſter, noſtra, noſtri, noſtræ. Conſtituit etiam primã perſonam pręteriti plur. Exẽpla, מַלְכֵּנוּ rex noſter, בַּעֲלֵנוּ maritus noſter, בִּתֵּנוּ filia noſtra, בָּנֵינוּ filij no⸗ ſtri, דִּבַּרְנוּ locuti ſumus, הָלַכְנוּ ambulauimus.

נִי Facit me accuſatiuum primæ perſonę, ſub⸗ iungiturq́; dũtaxat uerbis trãſitiuis, שְׁמָרַנִי cuſtodiuit me, יִשְׁמְרֵנִי cuſtodiet me, שְׁמָעֵנִי audi me, עֲזַבְתַּנִי dereliquiſti me.

נוּ הוּ Vtraq; ſyllaba ualet eius, ei, eum. Differunt autem inter ſe, nam hu iungitur uerbis & quibuſdam nominibus, pręſer tim deſinẽtibus in he tertiã radicalẽ, ut à מַעֲשֶׂה opus dicitur מַעֲשֵׂהוּ opus eius, שָׂדֵהוּ campus eius, שְׁמָרָהוּ cuſtodiuit eum, Sed נוּ ſolum iun

gitur

git uerbis imperatiui & futuri modi,ut תִּשְׁמְרֵנוּ & תִּשְׁמְרֶהוּ cuſtodies eū, סַפְּרֵנוּ & סַפְּרֵהוּ numera ipſum. Et nota quod hu ſemper habet ante ſe uocem magnā, & in fœmininis tau ſcheuatū, ut פְּקָדָהוּ uiſitauit eum, פְּקָדַתְהוּ mulier uiſitauit eum, שָׁמְרֵהוּ cuſtodiendo eum, שְׁמַרְתִּיהוּ cuſtodiui eum, שִׁמְרוּהוּ cuſtodite eum.

נָה Hæc ſyllaba ſine dages facit ſecundam & tertiam perſonam fut. plur. fœmininam, & pluralē imperatiui, ut שְׁמַעְנָה audite ô mulieres, תִּשְׁמַעְנָה audietis & audient mulieres. Non nunquā abijcitur he & pūctatur nun finale cum camez, ut תִּשְׁמֹרְןָ cuſtodient. Cęterum quando nun habet dages, eſt pronomē affixū, ualens eius, eam, ut יִשְׁמְרֶנָּה cuſtodiet eā, habetq́ſ ſemper ante ſe ſęgol, nec inuenitur niſi in uerbis imperatiui & futuri modi.

הִתְ Adijcit quarta coniugatio ſyllabā iſtam radici, & fit ex uerbo tranſitiuo retranſitiuum, ut אָהַב dilexit, הִתְאַהֵב dilexit ſe.

אֵהֱוִי

Vocantur hæ quatuor litteræ נָחוֹת id eſt, quieſcentes, quod plerunq; non punctatę quieſcāt in

dictione

dictione. He quieſcit duntaxat in fine, ut חָכְמָה
ſapientia, עָשָׂה fecit: aliæ uero tres quieſcunt in
medio & fine. Exempla de aleph, בָּרוּא crea-
tus, שָׁאוּל poſtulatus: de iod, עֵינַי oculi mei,
בְּנֵי אָדָם filij hominum. Vau uero quieſcit quan
do præcedit ‑ׂ: uel ‑ֻ ut חוּמְסָר cõſtitutus eſt
פּוּעַל effectus eſt. Et quoniã has literas, præſer‑
tim אהוי ferè ſemper præcedit uox magna, aut
includunt uocem magnam, ut eſt uau ſurec, uau
holẽ, & iod ſi hirec præcedat, cogũt literas mox
ſequẽtes בגד כפת in una uel diuerſis dictionib.
ſtare ſub raphe, ut ſuprà indicauimus, ut יַגִּידוּ
annunciabunt, לֹא כִסִּיתִי non operui, אוֹתִיּוֹת
Traſmutãtur literæ ichu. literæ, &c. Et nota quod hæ literæ habẽt etiam
hanc naturã, ut facile una tranſmutetur in aliam,
ut קָרָא & קָרָה occurrit, & ab עָשָׂה fecit, עָשִׂיתָ
feciſti. Sic pro עָשׂוּה factus dicit̃ עָשׂוּי In infini‑
tiuo uero mutatur he in uau holẽ, ut עֲשׂוֹת face
re. Migrat & frequenter iod in uau, ut à יָדַע co‑
gnouit, נוֹדַע cognitus eſt, à יָשַׁב ſedit, מוֹשָׁב
ſedes, יָלַד genuit, וָלָד natus. Aleph tranſit in
iod, ut à בָּרָא creauit, בְּרִיָּה creatura. Multa ſimi
lia exempla occurrunt tam in hebraiſmo quàm
chaldaiſmo. Vocantur quoq; hæ quatuor literæ
כטלנות

בַּטְלָנוֹת id eſt, ocioſę, quia ſæpe ſuperadduntur radicibus ſine ulla conſignificatione aut connotatione aliqua, ut לַיְלָה pro לַיִל nox, חַיְתוֹ יַעַר pro חַיַּת יַעַר beſtia ſyluę, pſal.50. לְהוֹשִׁיבִי pro לְהוֹשִׁיב ad collocandum, pſal.112. Sic יְהוּא pro יְהִי erit, Eccleſ.12. Kimhi tamen putat יְהוּא ſtare pro יֶהֱוֶא Itē חַגָּא pro חַג tripudiū, Iſa. 19. In Chaldaiſmo frequētiſſimum eſt, ut aleph radici ſuperaddatur, exemplum, גְּבִיר hebraice, chaldaice גַּבְרָא uir.

הָאֱמַנְתִּי

HAe ſex literę ab ipſa dictione in quam collectæ ſunt, hæemanthicæ appellātur, & adiectę radicibus à fronte uel calce conſtituunt nomina denominatiua. He à principio tantum, idq́ raro, facit hæemanthicum, ut נָכַר cgnouit, הַכָּרָה cognitio. Sic aleph ab initio tantū inuenitur hęemantice ſuperadditum, ut אֶשְׁכָּר munus.

Mem uero à principio & fine fungit᷑ officio hæemanthico, ut מִסְפָּר numerus, פִּתְאֹם repente: ſimiliter nun in utraq; extremitate inuenitur hæemanthicum, ut נִפְלָאָה miraculum, פִּתְרוֹן interpretatio. Idem affirmant quidam de tau & iod,

ut תִּפְאֶרֶת decor, עֲטֶרֶת corona, יִצְהָר oleum, נָכְרִי extraneus. Mihi tamen non uidetur tau in fine eſſe hęemanthicum, quum in plurali numero abijciatur, ut עֲטָרוֹת & non עֲטַרְתוֹת coronę. Sic iod in fine adiectum magis eſt gentile uel adiectiuum quàm hęemanthicum, ſicut à שְׁלֹשָׁה tres, ſit adiectiuum שְׁלִישִׁי tertius.

DE NVMERIS.

NVmerant Hebræi per integras dictiones, numerant & per literas alphabeti, unde cifras noſtri mutaſſe uidentur, nam appellant Hebręi numerationes סְפִירוֹת

Numeri cardinales.

אֶחָד & אַחַד	אַחַת & אָחַת
unus	una
שְׁנַיִם & שְׁנֵי	שְׁתַּיִם & שְׁתֵּי
duo	duæ
שְׁלֹשָׁה & שְׁלֹשֶׁת	שָׁלֹשׁ
tres	tres
אַרְבָּעָה & אַרְבַּעַת	אַרְבַּע
quatuor	quatuor
חֲמִשָּׁה & חֲמֵשֶׁת	חָמֵשׁ & חֲמֵשׁ
quinq;	quinq;
	שֵׁשׁ

שִׁשָּׁה & שֵׁשֶׁת ſex	שֵׁשׁ & שֵׁשׁ ſex
שִׁבְעָה & שִׁבְעַת ſeptem	שֶׁבַע & שְׁבַע ſeptem
שְׁמֹנָה & שְׁמֹנַת octo	שְׁמֹנֶה octo
תִּשְׁעָה & תִּשְׁעַת nouem	תֵּשַׁע & תְּשַׁע nouem
עֲשָׂרָה & עֲשֶׂרֶת decem	עֶשֶׂר decem
אֶחָד עָשָׂר undecim	אַחַת עֶשְׂרֵה undecim
שְׁנֵים עָשָׂר duodecim	שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה duodecim
שְׁלֹשָׁה עָשָׂר tredecim	שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה tredecim
אַרְבָּעָה עָשָׂר quatuordecim	אַרְבַּע עֶשְׂרֵה quatuordecim
עֶשְׂרִים uiginti	עֶשְׂרִים uiginti.
אֶחָד וְעֶשְׂרִים unus & uiginti	אַחַת וְעֶשְׂרִים una & uiginti

Omnes numeri cardinales à uiginti & ſuprà ſunt generis communis, quod tamē intelligendū eſt

de articulis & nō de digitis. Digiti maſc. à tribus uſq; ad decem habent cōtra naturā reliquorum adiectiuorum literam paragogicam he, & fœmini nini carent ea. Poſt decem uerò contrarium obſeruatur. Itē poſt uiginti numerant articulos pro utroq; genere ſic,

שְׁלֹשִׁים	שְׁלֹשׁ מֵאוֹת
triginta	trecenti, tæ
אַרְבָּעִים	אֶלֶת
quadraginta	mille
חֲמִשִּׁים	אֲלָפִים
quinquaginta	millia
שִׁשִּׁים	אַלְפַּיִם
ſexaginta	duo millia
שִׁבְעִים	שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים
ſeptuaginta	tria millia
שְׁמֹנִים	רְבָבָה & רִבּוֹא
octoginta	decem millia
תִּשְׁעִים	שְׁתֵּי רִבּוֹת
nonaginta	uiginti millia
מֵאָה & מְאַת	אַרְבַּע רִבּוֹא
centum	40. millia
מָאתַיִם	שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה רִבּוֹ׳
ducenti, ducentæ	duodecies decem millia,

millia, id eſt, centum & uiginti millia.

Duplex forma digitorum ponitur propter duplicem ſtatum dictionum. Nam aliter ſcribuntur in ſtatu abſoluto & aliter in ſtatu regiminis, ut אֲנָשִׁים שְׁנַיִם uiri duo, & שְׁנֵי אֲנָשִׁים duo uiri, מְאַת שָׁנָה centum anni & שָׁנָה מֵאָה anni centũ. Id tamen non cõſtanter obſeruatur: nam dicitur מְאַת כִּכַּר centum talenta. Et habet centũ in plur. מֵאוֹת ſicut & רְבָבָה facit רְבָבוֹת & cum ſyncopa רִבּוֹא & רִבּוֹ & in plur. רִבּוֹת decẽ millia. Sunt qui conſtructiuos ſeu continuatos numeros exponunt ſubſtantiue, ut ſit שְׁלֹשֶׁת יָמִים idem quod שְׁלוֹשׁ שֶׁל יָמִים ternarius dierum, ſic שִׁבְעַת יָמִים ſeptenarius dierum.

Numeri ordinales.

רִאשׁוֹן	רִאשׁוֹנָה
primus	prima
שֵׁנִי	שֵׁנִית & שְׁנִיָּה
ſecundus	ſecunda
שְׁלִישִׁי	שְׁלִישִׁית
tertius	tertia
רְבִיעִי	רְבִיעִית
quartus	quarta

חֲמִישִׁי	חֲמִישִׁית
quintus	quinta
שִׁשִּׁי	שִׁשִּׁית
ſextus	ſexta
שְׁבִיעִי	שְׁבִיעִית
ſeptimus	ſeptima
שְׁמִינִי	שְׁמִינִית
octauus	octaua
תְּשִׁיעִי	תְּשִׁיעִית
nonus	nona
עֲשִׂירִי	עֲשִׂירִית
decimus	decima
אַחַד עָשָׂר	אַחַת עֶשְׂרֵת
undecimus	undecima
שְׁנַיִם עָשָׂר	שְׁתֵּים עֶשְׂרֵת
duodecimus	duodecima
שְׁלֹשָׁה עָשָׂר	שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵת
decimus tertius	decimatertia

Notandū hic primo quod pro undecim & undecimo Hebræi etiā aliam uſurpant dictionē quàm אחר nempe עַשְׁתֵּי ut עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵת יְרִיעוֹת undecim cortinæ, Exo. 26. בְּעַשְׁתֵּי עָשָׂר חֹדֶשׁ In undecimo mēſe. Deut. primo. Sunt igitur עַשְׁתֵּי עָשָׂר undecim & undecimus maſculine & עַשְׁתֵּי עשרת

עֶשְׂרֵת undecim & undecima fœminine. Secundo ſciēdum quod fœminina etiam deſinūt in he, ut שְׁנִיָּה ſecunda, שְׁלִישִׁיָּה tertia, &c. moueturq́ iod ſicut in plurali. Nam dicit שְׁלִישִׁיּוֹת tertię, שִׁשִּׁיּוֹת ſextę. Tertio notandū quod pro uigeſimo & uigeſima uſurpatur numerus cardinalis, uidelicet עֶשְׂרִים Sic שְׁלשִׁים pro trigeſimo, &c.

De numeratione quæ fit per literas.

30	20	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
ל	כ	י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
		400	300	200	100	90	80	70	60	50	40
		ת	ש	ר	ק	צ	פ	ע	ס	נ	מ

Poſt decem.

19	18	17	16	15	14	13	12	11
יט	יח	יז	יו	יה	יד	יג	יב	יא

Poſt uiginti.

29	28	27	26	25	24	23	22	21
כט	כח	כז	כו	כה	כד	כג	כב	כא

Poſt centum.

900	800	700	600	500	400	300	200	100
קהת	הת	קש	קר	קת	ת	ש	ר	ק

Poſt quadringentos quidam ſic numerant,

900	800	700	600	500
ץ	ף	ן	ם	ך

milenarium numerum ſignant per aleph, pręſertim ſi ſequatur litera centenarium deſignans, ut אתמ׳ב 1442. Vnde annum ab initio mundi hoc Chriſti anno 1542. quãdo hæc ſcribo, ſic ſignãt תש״ב hoc eſt, 5302. Omittunt tamen plerumque millenarium numerũ, & tunc præſentem annum ſic ſcribunt בִּשְׁנַת הַבְּרִיאַת הָעוֹלָם שׁ״ב לִפְרַט קָטוֹן Hoc eſt, anno creationis mundi 302. iuxta minorem ſupputationem.

DE PRONOMINIBVS SEPARATIS.

HAbent Hebræi tria pronomina declinabilia, nempe אֲנִי ego, אַתָּה tu, הוּא ille. Appellãt autẽ pronomen primæ perſonæ הַמְדַבֵּר בַּעֲדוֹ loquens pro ſe, habetq́ aleph ־: niſi cum uenerit ad locũ pauſantẽ tunc habet ־ Admittit etiam nonnunquam epentheſin caph, ut אֲנֹכִי pro אֲנִי ego. Eſt autem communis generis, declinaturq́ in hunc modum,

אֲנִי & אָנֹכִי	אֲנַחְנוּ
ego	nos
	שלי

שֶׁלִּי	שֶׁלָּנוּ
mei	noſtri
לִי	לָנוּ
mihi	nobis
אוֹתִי	אוֹתָנוּ
me	nos
מִמֶּנִּי & מֶנִּי	מִמֶּנּוּ
à me	à nobis

Regulare plurale ab אֲנִי eſt אֲנוּ quod & interdū inuenitur, ſed אֲנַחְנוּ eſt frequentius. Inuenitur etiam נַחְנוּ ſine aleph.

Secunda perſona maſc.

אַתָּה	אַתֶּם
tu	uos
שֶׁלְּךָ	שֶׁלָּכֶם
tui	ueſtri
לְךָ & לְכָה	לָכֶם
tibi	uobis
אוֹתְךָ & אוֹתְכָה	אֶתְכֶם
te	uos
מִמְּךָ	מִמְּכֶם & מִכֶּם
à te	à uobis

Secunda perſona fœm.

אַתְּ	אַתֵּן אַתֵּנָה
tu	uos
שֶׁלָּךְ	שֶׁלָּכֶן
tui	ueſtri
לָךְ	לָכֶן לָכֶנָה
tibi	uobis
אוֹתָךְ	אֶתְכֶן
te	uos
מִמֵּךְ & מִמֵּךְ	מִכֶּן
à te	à uobis

Pronomen tertiæ perſonæ maſc.

הוּא	הֵם & הֵמָּה
ille	illi
שֶׁלּוֹ	שֶׁלָּהֶם
illius	illorum
לוֹ	לָהֶם לָמוֹ
illi	illis
אוֹתוֹ	אוֹתָם & אֶתְהֶם
illum	illos
מִמֶּנּוּ	מֵהֶם & מֵהֵמָּה
abeo	ab illis

Tertia perſona fœmin.

הִיא & הִוא	הֵן & הֵנָּה
illa	illæ

שֶׁלָּה	שֶׁלָּהֶן
illius	illarum
לָהּ	לָהֶן
illi	illis
אוֹתָהּ	אוֹתָהֶן & אֹתָהֶן
illam	illas
מִמֶּנָּה	מֵהֶן
ab illa	ab illis

Alia pronomina.

זֶה & זוּ	אֵלֶּה אֵל
is, iſte.	illi
זֹה זוֹ זֹאת	אֵלֶּה
ea, iſta	hæ, iſtæ

DE PARTIBVS ORATIONIS PRAECIPVIS.

POnunt Hæbrei tres partes orationis, uidelicet שֵׁם פֹּעַל וּמִלָּה id eſt, nomen, uerbum & dictionem conſignificatiuam. De uerbis primum ac deinde de nominibus dicemus. Eſt enim maior

difficultas in uerbis quam in nominibus. Et hic obiter repetimus ea quę ſuprà de literis radicalibus ſcripſimus, nempe quod omne nomen & uerbum apud Hebræos tribus conſtat radicalibus literis, & omnes alię literę à fronte uel calce accedentes miniſterium quoddam exhibent, quapropter & ſeruiles uocantur, abijciendæq; ſunt dum uocis ſignificatio ex lexico quærenda uenit.

Nomina exiguntur ad פעל

Hę autem tres cuiuſcunq; dictionis radicales literę denominationem habent à literis huius uerbi פָּעַל Nam ſicut in radice פָּעַל prima radicalis eſt pe, ſecunda ain, & tertia lamed, ita in quacunque dictione prima radicalis denominantur pe, ſecunda ain & tertia lamed. Vt in uerbo שָׁמַר ſchin denominatur pe, id eſt, prima radicalis, & mem ain atq; res lamed. Et hic notandū, aliquando in radice primam amitti radicalem, aliquādo mediam & non raro ultimam. Verba & nomina quæ primam radicalem uel abijciūt uel in aliam cōmutant, propriam habent claſſem, ſic quæ ſecundam non ſemper retinent, aliam faciunt claſſem, naſcunturq; hoc modo ſeptem גְּזָרוֹת id eſt, claſſes ſeu ordines uerborū, quibus adhuc unus ſuperadditur, cuius uerba & nomina quatuor integrantur

tegrantur literis,& de his nunc ſigillatim diſſere mus,& primo de גִּזְרָה prima.

Ordo primus.

Primus uerborum & nominum ordo complecti tur uerba שְׁלֵמִים id eſt, perfecta. Verba ſeu no mina perfecta ſunt, quę nunquam ob quamcunq; inflexionem ullam eſſentialem amittunt literam ut שָׁמַר cuſtodiuit, הָרַג occidit, לָמַד didicit.

Secundus ordo.

In hunc relegantur omnia uerba, quorum pe eſt litera nun uocanturq́; חֲסֵרִים פְּעָלִים ſeu חַסְרֵי פֵּא נוּן id eſt, defectiua in prima radicali nun. So let autem defectus ille ſignari punctulo dages in media radicali litera. Exempla ſunt נָפַל cecidit, hinc uerbum tranſitiuū הִפִּיל proiecit, נָטַע plan tauit, הִטִּיעַ fecit plantare מַטֵּע plantatio.

Tertius ordo.

Huic ordini aſſignātur duplicia uerba, nempe ea quæ incipiunt ab aleph & quę primā habēt iod, ut ſunt אָמַר dixit, אָכַל comedit, יָדַע cogno uit, יָשַׁב habitauit. Et hęc uocant׳ נַחֵי פֵּי יוּד אִי אָלֶת Nam quę ab aleph incipiūt, faciunt aleph quieſcere in prima perſona futuri, ut ab אָכַל co medit in futuro dicitur אֹכַל comedā, pro אֶאֱכֹל

ſicut ab אָסַח dicitur אֶאֱסַח cōgregabo, ſine quiete aleph. Sic à יָדַע fit futurũ אֵדַע cognoſcã, & à יָשַׁב ſedit fit uerbũ tranſitiuũ הוֹשִׁיב collocauit. Hic autem notandũ, literã quieſcere in uoce magna mox pręcedēte. Fit etiã aliquãdo ut defectus mutetur in quietem, idq́ꝫ tum quãdo dages in litera gutturali ſignari nequit, ut à paſſiuo נֶאֱמַר dictus eſt, in futuro abijcitur nun paſſiua litera, qui defectus cum in aleph ſignari nequeat, mutatur in quietem, ut אֵאָמֵר dicar. Notandum etiã hic, aliquas radices inueniri à iod incipientes, quę uerius ſunt de ſecũdo quàm tertio ordine, nam abſcōdunt iod in dages. Sunt autem ea uerba, quæ primam habent iod & ſecundã zade, ut יָצַק effudit, יָצַר formauit, יָצַב ſtetit, יָצַג locauit. Ab his enim dicitur אֶצֹּר formabo נִצַּב conſtitutus eſt, אַצִּיג locabo, ubi iod prima radicalis non quieſcit ſed deficit, exprimiturq́ꝫ per dages. His annumeratur uerbum יָנַח à quo fit hiphil הִנִּיחַ repoſuit, & יָקַת à quo deſcendit הִקִּית gyrauit. Excipitur autem à prioribus uerbis יָצָא quod facit iod quieſcere & non deficere.

Quies fit in uoce magna.

Quartus ordo.

Continet hic ordo uerba quæ mediã habent uau quieſcentem,

quieſcētem unde & נָחֵי עַיִן וָיו appellantur, ut קוּם ſurrexit, אָקוּם ſurgam. Quieſcit autem uau in præterito & participio præſenti. Nam licet קוּם ſit radix, tamen in preterito & participio dicitur קָם ſurrexit, בָּא uenit, שָׁב reuerſus eſt, סָר receſſit, לָן pernoctauit, quieſcente media radicali in camez uoce magna. Porrò in radice מֵת quieſcit uau in zere, & in גִּיל exultauit, גִּית clauſit, &c. quieſcit in iod hirec uoce magna. In futuro uero, imperatiuo & infinitiuo, expreſſe ponit̃ uau, ut אָמוּת moriar, אָבוֹא ueniam, מוּת morere, לָשׁוּב ad reuertendū. Sunt etiam pauca quędam, quę uau ſemper retinent, ut אוֹר luxit, אָאוֹר lucebo.

Quintus ordo.

In hunc ordinem reijciuntur omnia uerba, quæ tertiā radicalem habent aleph uel he, uocāturq́; נָחֵי לָמֶד הֵא אוֹ אָלֶף id eſt, quieſcentia in tertia he uel aleph. Nam aleph ſępe quieſcit aut potius muteſcit, ut קָרָא clamauit, קָרָאתָ clamaſti, ſed multo plus he quieſcit, idq́; potiſſimum in iod: ut גָּלָה reuelauit, גָּלִיתָ reuelaſti, גָּלוּי reuelatus. Quieſcit & in holē, ut גְּלוֹת reuelare. Excipiunt̃ quatuor radices, in quibus he nunquā quieſcit,

& ſunt

& ſunt תָּמַה גָּבַח בָּמוּח נָגַח Punctus in he deſignat immutabilem literam.

Sextus ordo.

Habet hic ordo uerba כְּפוּלִים id eſt, duplicata, quæ ſcilicet geminãt ſecundam radicalẽ, & abijciunt plerumq; unam ſimilium & reſiduã dageſſant, transferũturq; ex perfectorũ ordine in hũc ſextũ ordinem. Vitat enim hebraiſmns, ubi fieri poteſt, geminationem unius literę, ſuppletq; defectum per dages. Exempla, סָבַב circuiuit, eſt uerbum perfectũ, poteſtq; coniugari ut tale, ſed frequentius abiecto uno beth coniugatur ut uerbum huius ordinis, eſtq; forma thematis eius talis סַב manente eadem ſignificatione. Et mox ut alia ad literam beth acceſſerit litera, dageſſatur beth. Nunquam enim ultim• dictionis litera dageſſatur, niſi punctum aliquod uocale habuerit ſubſtratum, ut in ךָ תָּ A סַב itaq; fit ſecũda perſona סַבּוֹתָ circuiuiſti, סַבּוּ circuierunt. Sic à רָכַךְ fit uerbum huius ordinis רַךְ tener fuit, à זָכַךְ fit זַךְ purus fuit, à תָּמַם fit תַּם perfectus fuit, à רַץ רָצַץ fit cõfregit, à שָׁנַן fit שַׁן acuit, à גָּלַל fit גַּל uolutauit, reuoluit, &c. in quibus omnibus abijcitur media radicalis, id quod dages arguit, quod

Odioſa geminatio literæ.

quod ſemper oſtendit literam priorem deficere, & ob id hæc uerba uocari poterunt ſyncopata. Tollitur enim media, relicta tamē notula dages.

Septimus ordo.

Huic claſſi aſcribuntur uerba quorum prima radicalis eſt uel nun deficiens, uel iod quieſcens, & tertia he uel aleph quieſcēs, ut יָרֵא timuit, נָשָׂא leuauit, יָרָה iecit, יָפָה pulcher fuit, אָפָה pinſuit, נָכָה uapulauit, נָטָה diuertit, inclinauit, quibus annumeratur unum cuius extremitates ſunt duo nun utrinque deficientia, nempe נָתַן dedit. Componitur ergo ordo iſte ex ſecundo & quinto, & item ex tertio & quinto ordine.

Octauus ordo.

Appropriātur huic ordini omnia uerba & nomina, quæ quatuor conſtant radicalibus literis aut quinqꝫ, qualia ſunt שִׁעֲשַׁע oblectauit, כִּלְכֵּל nutriuit כִּרְסֵם deuaſtauit, פִּרְנֵס cibauit, גִּלְגֵּל reuoluit, rotauit, &c. & hęc omnia in una duntaxat inueniuntur coniugatione. Nomina quatuor eſſentialium literarū hęc ſunt & ſimilia, בַּרְזֶל ferrum, פַּרְתַּם præfectus, פַּתְשֶׁגֶן exemplar, &c.

De Coniugationibus.

Tranſitiua uerba quomodo formanda.

VOcant Hebræi coniugationẽ בִּנְיָן id eſt, ædificiũ, numerantq́ꝫ quatuor, nẽpe Poal, Piel, Hiphil & Hithpaël, denominantes eas ſecũdum formas primitiuorum cuiuslibet cõiugationis & uſurpantes uocem פָּעַל Eſt aũt forma thematis primę cõiugationis פָּעַל & ſecundę פִּעֵל tertię הִפְעִיל & quartæ הִתְפַּעֵל Et ſunt infinita uerba quę ſub hac quadruplici forma coniugantur. Hęc multiplex unius uerbi cõiugatio fit propter tranſitiuam & retranſitiuã habendam ſignificationem. Non enim ſingulis actionibus ſingula impoſita ſunt uerba, pręſertim his quæ per imperium noſtrũ fieri poſſunt. Exempla: bibo dicit actionem immanẽtem, ſic edo, ſtudeo, adhęreo, accedo, lateo, uado, creſco, &c. quorum uerborum ſignificationẽ tranſitiuã latinus alijs dictionibus exprimit, nẽpe his, poto, cibo, doceo, applico, adduco, abſcondo, duco, nutrio ſeu educo: at Hebręus transfert uerbũ primæ cõiugationis in ſecundã aut tertiã & habet actionẽ tranſeuntẽ in aliũ, id qđ aduertere potes ex prioribus exẽplis. Nam ex שָׁקָה bibit fit uerbũ tranſitiuũ הִשְׁקָה fecit bibere ſeu potauit. Aduerte ſequẽtia exẽpla:

אָכַל	הֶאֱכִיל
comedit	cibauit
לָמַד	לִמֵּד
didicit	docuit
דָּבַק	הִדְבִּיק
adhęſit	applicuit
קָרַב	קֵרֵב
appropinquauit	adduxit
סָתַר	הִסְתִּיר
latuit	abſcondit
הָלַךְ	הוֹלִיךְ
inceſſit	conduxit
גָּדַל	גִּדֵּל
creuit	educauit
חָיָה	חִיָּה
uixit	uiuificauit
מֵת	הֵמִית
mortuus eſt	interfecit

De retranſitiuis exẽpla, סָכַל ſtulte egit, הִסְתַּכֵּל ſeipſum infatuauit, שָׁמַר. cuſtodiuit, הִשְׁתַּמֵּר ob ſeruauit ſe, מֵת mortuus eſt, הִתְמוֹתֵת interfecit ſe, לָמַד didicit, הִתְלַמֵּד docuit ſemetipſum, &c. Prima itaq; coniugatio Poal plerumque eſt neutra, ſecũda Piel tranſitiua, & tertia Hiphil ſimili-

Nota de actionib. uerborū. ter tranſitiua, quarta autem Hithpaël reciproca. Quando autem uerbū aliquod in prima eſt tranſitiuum, in ſecūda ſignificatū eius intenditur, atq; in tertia actio eius extenditur uſque in tertium. Exemplum אָכַל comedit, qui actus tranſit in panem, in Piël uero dicitur אִכֵּל uorauit, & in hiphil הֶאֱכִיל fecit comedere, puta pater fecit filium comedere panem. Sic פָּתַח aperuit oſtium quod rurſum claudetur, פִּתַּח aperuit uiolenter, הִפְתִּיחַ fecit aperire per alium. Sunt etiam quædam abſoluta uerba, quæ in prima & ſecunda coniugatione nō differūt in ſignificatione, niſi quod in piël habent intenſionem quandā, ut צָמַח germinauit, צִמַּח feſtināter germinauit, Ezech. 16. Sic הָלַךְ ambulauit, הִלֵּךְ circumſpecte ambulauit. Maior tamen pars uerborū quę in prima coniugatione habent abſolutam ſignificationē, fiunt tranſitiua in piël & hiphil, ut

שָׂמַח	הִשְׂמִיחַ & שִׂמַּח
lętatus eſt,	lętificauit
גָּדַל	הִגְדִּיל & גִּדֵּל
magnus fuit.	magnificauit
קָדַשׁ	הִקְדִּישׁ & קִדֵּשׁ
ſanctus fuit,	ſanctificauit

שמע

שָׁמַע	הִשְׁמִיעַ & שִׁמַּע
audiuit	diuulgauit
שָׁכַן	הִשְׁכִּין & שִׁכֵּן
quieuit	poſuit
מֵת	הֵמִית & מוֹתֵת
mortuus eſt	interfecit
שָׁב	הֵשִׁיב & שׁוֹבֵב
reuerſus eſt	reduxit
קָם	הֵקִים & קוֹמֵם
ſurrexit	erexit

Inueniuntur quoque uerba quędam, quæ in diuerſis coniugationibus habent contraria ſignificata qualia ſunt. *Vna radix contraria ſignificat.*

שָׁרַשׁ	שֵׁרֵשׁ
radicauit,	eradicauit.
חָטָא	חִטֵּא
peccauit,	expiauit à peccato.
דָּשַׁן	דִּשֵּׁן
incinerauit,	repurgauit à cinere.
סָקַל	סִקֵּל
lapidauit,	purgauit à lapidibus.
קָדַשׁ	קָדֵשׁ
ſanctus fuit,	immundum ſcortum.

PRIMA CONIVGATIO.

HÆc à forma ipſa uocatur פָּעַל Nam conſtat thema eius pūctis camez & pathah, tametſi quędam etiam inueniātur, quę ſecundam habent zere, ut חָדֵל ceſſauit, חָפֵץ deſiderauit. Quędam inueniūtur ſub utraq; forma, ut אָהֵב & אָהַב amauit, שָׁכֵן & שָׁכַן habitauit, שָׁמֵעַ & שָׁמַע audiuit, &c. Inuenitur etiā קָטֹן paruus fuit, ſed hęc forma eſt rara. Vocatur quoq; iſta prima coniugatio בִּנְיָן קַל id eſt, cōiugatio leuis, quia thema eius præter tres nudas radicales literas nihil ſuperadditū habet, ſicut reliquę cōiugationes grauantur aut punctulo dages aut externis literis.

Triplex forma primæ coniugationis.

Kal.

Cęterum paſſiuū huius primę coniugationis uocatur à forma ipſa נִפְעַל nec aliud habet nomen. Sciendū quoq; Hebręos habere in uerbis maſc. & fœm. genus, idq; in omnibus modis pręterquā in infinitiuo, qui incerti eſt generis, numeri, & perſonę. Habēt autē ſex modos, pręteritum, duplex participium, imperatiuum, infinitiuum & futurum. Non habent indicatiuum, nec optatiuum aut coniunctiuū, ſed circūloquūtur modos illos, indicatiuum per participiū præſentis tēporis & alios duos modos per futurum. Præteritum uo-

Niphal paßiuum.

Modi ſex.

cant עָבַר & incipiunt ab eo coniugare ſicut Latini à præſenti indicatiui, ſuntq́ in eo tres perſonę genere differentes, nempe tertia ſingularis & utraq́ ſecunda, reliquę ſunt communis generis, quod de omnibus cõiugationibus eſt intelligendum, actiuis & paſſiuis. Nunc itaq́ ponam formulas præteriti per omnes ordines.

Pręteritum kal primi ordinis

שָׁמַר שָׁמַרְתָּ שָׁמַרְתִּי שָׁמְרוּ שְׁמַרְתֶּם שָׁמַרְנוּ
cuſtodiuimus cuſtodiſtis cuſtodier. cuſtodiui cuſtodiſti cuſtodiuit
Tres perſonę fœmininę שָׁמְרָה שָׁמַרְתְּ שְׁמַרְתֶּן

In ſecundo ordine

נָגַשׁ נָגַשְׁתָּ נָגַשְׁתִּי נִגְשׁוּ נְגַשְׁתֶּם נָגַשְׁנוּ
acceßimus acceßiſtis acceſſerũt acceßi acceßiſti acceßit
Tres perſonę fœmininę נִגְשָׁה נָגַשְׁתְּ נְגַשְׁתֶּן

In tertio ordine

יָשַׁב יָשַׁבְתָּ יָשַׁבְתִּי יָשְׁבוּ יְשַׁבְתֶּם יָשַׁבְנוּ
ſedimus ſediſtis ſederunt ſedi ſediſti ſedit
Tres perſonæ fœmininæ יָשְׁבָה יָשַׁבְתְּ יְשַׁבְתֶּן

In quarto ordine

קָם קַמְתָּ קַמְתִּי קָמוּ קַמְתֶּם קַמְנוּ
ſurreximus ſurrexiſtis ſurrexerũt ſurrexi ſurrexiſti ſurrexit
Tres perſonæ fœmininæ קָמָה קַמְתְּ קַמְתֶּן

מֵת מַתָּ מַתִּי מֵתוּ מַתֶּם מַתְנוּ
obijmus obijſtis obijerunt obij obijſti obijt

Tres

Tres perſonę fœmininę מתה מת מתן

In quinto ordine

גלה גלית גליתי גלו גליתם גלינו

exulauimus exulaſtis exularunt exulaui exulaſti exulauit

Tres perſonę fœmininę גלתה גלית גליתן

ברא בראת בראתי בראו בראתם בראנו

creauerunt creaſtis creauerunt creaui creaſti creauit

Tres perſonæ fœmininę בראה בראת בראתן

In ſexto ordine

תם תומת תמותי תמו תמותם תמונו

perfecimus perfeciſtis perfecerunt perfeci perfeciſti perfecit

Tres perſonę fœmininę תמה תמות תמותן

In ſeptimo ordine

נטה inclinauit, ירא timuit, ירה iecit, נתן dedit, אפה pinſuit ſiue coxit, &c.

נטה נטית נטיתי נטו נטיתם נטינו ; נטתה
ירא יראת יראתי יראו יראתם יראנו ; יראה יראת
ירה ירית יריתי ירו יריתם ירינו ; ירתה ירית
נתן נתת נתתי נתנו נתתם נתננו או נתנו
אפה אפית אפיתי אפו אפיתם אפינו ; אפתה

NOTABILIA.

Primo hic notandum, in biblijs ſacris per pauſam mutari patha præteriti in camez, & ſcheua tertię pluralis in zere uel camez, ut שמרו custodiuit,

פָּקַד uiſitauit, שָׁמְרוּ cuſtodierũt, חָמְצוּ deſiderauerunt. Secundo notãdum quod ea uerba quæ ſecundam uocem in themate habent zere, mutãt illam in prima & ſecunda perſona in pathah, atq; in tertia plurali & tertia ſingulari fœm. in ſcheua ſicut primę formæ uerba. In pauſa uero ſoluitur ſcheua in zere, ut חָפְצָה & חָפֵצָה deſiderauit mulier. Tertio notandum quod ſecunda ſingularis maſc. ſępe recipit paragogen he, ut שָׁמַרְתָּה & שָׁמַרְתָּה cuſtodiuiſti. Adiungitur etiã aliquando tertię plurali paragoge he, & tũc ſchurec mutatur in kybuz, ut פָּקְדֻה pro פָּקְדוּ uiſitauerũt. Quarto notandum, camez in pręterito nũquam mutari niſi in ſecunda plurali. Mutatur autem camez initiale peculiariter in ſcheua quãdo eſt mutandum, idq; tam in nominibus quàm uerbis.

Paragoge he.

Camez migrat in ſcheua.

Quinto notãdum, cũ tertia radicalis eſt ת ut in uerbis שָׁבַת quieuit, כָּרַת excidit, מֵות mortuus eſt, & ſimilibus, & accedũt in prima & ſecũda pręteriti ſyllabę תִּי תָּ תֶּם contrahuntur duo tau in unũ per dages forte, ut כָּרַתָּ ſuccidiſti & non כָּרַתְתָּ Vitat enim hebraiſmus ubi fieri poteſt geminationem unius literæ. Sexto notandum, uerba quę deſinũt in tertiã radicalem heth

Geminatio literæ odioſa.

uel ain,in ſecunda prȩteriti fœm. regularem formam plerumque mutare in iſtam, שָׁכַחַתְּ oblita es, שָׁמַעַתְּ audiuiſti, לָקַחַתְּ accepiſti. Septimo notandum, uerba ſecundi & tertij ordinis non differre in prȩterito à uerbis primi ordinis. At quȩ ſunt de quarto ordine mutant camez & zere thematis in pathah, quando ante תִּי תָּ eſt ſcribendũ ſcheua. In quinto uero ordine mutat̃ ante תָּ תִּי he in iod. Et quȩdã in plurali quoq; retinẽt iod,ut à חָסָה ſperauit, חָסִיוּ & in fœmin. חָסָיָה ſperauit. In tertia tamẽ ſing. fœminini ubi duo he concurrunt,primũ quaſi regulariter mutatur in tau raphatum, ut הָיָה fuit uir, הָיְתָה & non הָיָהָה fuit mulier. Excipitur גָּבַה cum paucis ſimilibus,de quibus & ſuprà mentionem feci. Nam à גָּבַה dicimus גָּבַהְתָּ eminuiſti, גָּבְהָה eminuit mulier. Octauo notandum,in ſexto ordine ante תִּי תָּ poni uau holẽ propter fortificationem dages reprȩſentantis defectũ literȩ abiectæ. Nono aduertendum,prȩteritũ uerborum ſeptimi ordinis imitari quintum ordinẽ, excepto נָתַן cuius tertia radicalis nun deficit ante תִּי תָּ nec habet ſibi ſimile in toto hebraiſmo,in quo tertia radicalis nun deficiat.

Participium

PARTICIPIVM PRAESENS KAL.

VOcatur modus iſte à forma ipſa פּוֹעֵל & proprio nomine appellatur בֵּינוֹנִי id eſt, intermedius. Nam uerba huius modi mediant quodammodo inter præteritum & futurum, habentq́ formam nominum in utroq; genere & numero, imò abſoluuntur aliquando à tempore & fiunt pura nomina, ut שׁוֹמֵר cuſtodiens & cuſtos, שׁוֹמֵעַ audiens & auditor. Per hoc participium Hebręi circumloquuntur uerbum pręſentis temporis, trahuntq́ tertiã perſonã per pronomina ad alias perſonas, ut אֲנִי שׁוֹמֵר ego cuſtodio, אַתָּה שׁוֹמֵר tu cuſtodis, אֲנַחְנוּ שׁוֹמְרִים nos cuſtodimus, &c.

Forma participij præſentis temporis Kal in perfectorum ordine.

שׁוֹמֵר שׁוֹמְרִים ׃ שׁוֹמְנָה שׁוֹמֶרֶת שׁוֹמְעוֹת
tu ſtodientes cuſtodiens mulier cuſtodiẽtes cuſtodiens

שׁוֹמֵעַ שׁוֹמְעִים ׃ שׁוֹמְעָה שׁוֹמַעַת שׁוֹמְעוֹת
audientes audiens mulier audientes audiens

חָפֵץ חֲפֵצִים ׃ חֲפֵצָה חֲפֶצֶת חֲפֵצוֹת
deſiderantes deſiderans mulier deſiderantes deſiderãs

In ſecundo ordine

נוֹגֵשׁ נוֹגְשִׁים ׃ נוֹגְשָׁה נוֹגֶשֶׁת נוֹגְשׁוֹת
accedentes accedens mulier accedentes accedens

In tertio ordine

יוֹשֵׁב יוֹשְׁבִים ׃ יוֹשְׁבָה יוֹשֶׁבֶת יוֹשְׁבוֹת

ſede tes ſedens mulier ſedentes ſedens

יוֹדֵעַ יוֹדְעִים ׃ יוֹדְעָה יוֹדַעַת יוֹדְעוֹת

ſcientes ſciens mulier ſcientes ſciens

In quarto ordine

קָם קָמִים ׃ קָמָה קָמוֹת

ſurgentes ſurgens ſurgentes ſurgens

מֵת מֵתִים ׃ מֵתָה מֵתוֹת

morientes moriens morientes moriens

In quinto ordine

גּוֹלֶה גּוֹלִים ׃ גּוֹלָה גּוֹלוֹת

exulantes exulans exulantes exulans

In ſexto ordine

תַּם תַּמִּים ׃ תַּמָּה. תַּמּוֹת

perficientes perficiens perficientes perficiēs

In ſeptimo ordine

נוֹטֶה נוֹטִים ׃ נוֹטָה נוֹטוֹת. יָרֵא יְרֵאִים ׃ יְרֵאָה
יְרֵאוֹת. יוֹרֶה יוֹרִים ׃ יוֹרָה יוֹרוֹת. אוֹפֶה
אוֹפִים ׃ אוֹפָה אוֹפוֹת. נוֹתֵן נוֹתְנִים ׃ נוֹתְנָה
נוֹתֶנֶת נוֹתְנוֹת ׃

Notandum hic primo, participium fœm. in tribus primis ordinibus duplicem habere formam, una deſinit in he pręcedente camez, & alia in tau pręcedente duplici ſegol, & illa eſt frequentior.

Quando

Quando autem ultima radicalis eſt heth uel ain, mutatur duplex ſęgol in duplex pathah. Idem fit in nominibus abſolutis. Secundo notandũ, quando tertia radicalis eſt heth uel ain, habet participiũ maſc. pręter holẽ & zere ſub gutturali punctum pathah, ut שׂוֹמֵחַ gaudens. Idem obſeruatur in participio pręterito. Tertio notandum, hãc formã פָּקֵד in participio nõ differre à pręterito, niſi quod in plurali & fœminino camez more ſuo migrat in ſcheua. Id enim eſt regulare in nominibus, quoties prima uox fuerit camez & nomen ipſum extẽditur una ſyllaba, ut camez migret in ſcheua, ut דָּבָר uerbum, דְּבָרִים uerba. Quarto notandum, participium fœmininũ quarti ordinis non differre à præterito niſi in ipſo accentu, ut eſt ſignatum in exemplis. Idem ſentiendum de fœminino ſexti ordinis. In quinto ordine participium maſcul. differt à fœminino in ſolo pũcto finali, ut patet. Et quę deſinunt in aleph, in fœm. ſic admittunt tau קוֹרֵאת clamans. *Regula de camez.*

PARTICIPIVM PRAETERITVM KAL.

VOcatur hoc participiũ à forma ipſa, פָּעוּל paul, nec habet nomen aliud, neque formatur niſi à uerbis tranſitiuis, ut שָׁמוּר cuſtoditus.

Quæ uero ſunt neutra, illis ſatisfacit participium præſens pro utroq;, ut מֵת moriens & mortuus, יוֹשֵׁב ſedens & ſeſſus, &c.

Forma paul in uerbis perfectis

שְׁמוּרוֹת	שְׁמוּרָה :	שְׁמוּרִים	שָׁמוּר
cuſtoditæ	*cuſtodita*	*cuſtoditi*	*cuſtoditus*
שְׁמוּעוֹת	שְׁמוּעַת :	שְׁמוּעִים	שָׁמוּעַ
	In ſecundo ordine		
נְטוּעוֹת	נְטוּעָה :	נְטוּעִים	נָטוּעַ
plantatæ	*plantata*	*plantati*	*plantatus*
	In tertio ordine		
יְדוּעוֹת	יְדוּעָה :	יְדוּעִים	יָדוּעַ
cognitæ	*cognita*	*cogniti*	*cognitus*
	In quarto ordine		
מוּלוֹת	מוּלָה :	מוּלִים	מוּל
circũciſæ	*circũciſa*	*circũciſi*	*circũciſus*
	In quinto ordine		
עֲשׂוּיוֹת	עֲשׂוּיָה :	עֲשׂוּיִם	עָשׂוּי
factæ	*facta*	*facti*	*factus*
בְּרוּאוֹת	בְּרוּאָה :	בְּרוּאִים	בָּרוּא
creatæ	*creata*	*creati*	*creatus*
	In ſexto ordine		
חוּמוֹת	חוּמָה :	חוּמִים	חוּם
calefactæ	*calefacta*	*calefacti*	*calefactus*

In

In ſeptimo ordine

נָטוּי נְטוּיִם ׃ נְטוּיָה נְטוּיוֹת. נָשׂוּא & נָשׂוּי.
נָתוּן נְתוּנִים ׃ נְתוּנָה נְתוּנוֹת

Hic primo notandum, participium iſtud ad uarias trahi perſonas haud ſecus quàm participium pręſens, per adiunctionem pronominum ego tu. Secūdo ſciendū, quę dicta ſunt in participio pręſenti de camez initiali pūcto, & itē de ain & heth tertia radicali, ea hic quoque habere locum.

Tertio notandum, inter tres primos ordines nullum eſſe diſcrimē quantū attinet ad iſtud & pręcedens participiū. Quarto notandū, in quarto ordine rariſſime inueniri paul, quia omnia ferè uerba kal ſunt neutra. Sic in ſexto ordine rarū inuenitur paul propriū, ſed mutuatū ex perfectorū ordine, ut גָזוּז tonſus pro גזוז Sic סָבוּב pro סוּב Porrò in quinto ordine he mutatur in iod, quieſcens in maſc. ſing. & mobile in reliquis perſonis.

INFINITIVUS KAL.

VOcant Hebręi infinitiuū מָקוֹר id eſt, ſcaturiginē, quod omnia tempora, perſonæ, numeri & genera ex eo ſcaturire uideantur, cum omnia ſint incerta in eo. Inuenitur autem in duplici forma, abſoluta ſcilicet & cum literis בכלם

Abſolutum

Abſolutum infinitiuum uocamus qui alteri iungitur uerbo, ut שָׁמוֹר תִּשְׁמְרוּ cuſtodiendo cuſtodietis, מוֹת תָּמוּת moriendo morieris רָאֹה תִּרְאוּ uidēdo uidebitis. Hic itaq; infinitiuus habet primam camez & ſecundam holem uel pachah. Quando uero additur una ex literis בְּכְלַם uertitur camez in ſcheua.

Forma makor in uerbis perfectis.

שְׁמוֹר בִּשְׁמוֹר כִּשְׁמוֹר לִשְׁמוֹר מִשְּׁמוֹר

à cuſtodiĕdo ad cuſtodiendũ cũ cuſtodiĕdo in cuſtod. cuſtodiĕdo

שְׁכַב בִּשְׁכַב כִּשְׁכַב לִשְׁכַב מִשְּׁכַב

à iacendo ad iacendum cum iacendo in iacendo iacendo

שְׁמוֹעַ בִּשְׁמֹעַ כִּשְׁמֹעַ לִשְׁמֹעַ מִשְּׁמֹעַ

עֲמֹד בַּעֲמוֹד כַּעֲמֹד לַעֲמֹד מֵעֲמוֹד

In ſecundo ordine

נְגֹשׁ בְּגֶשֶׁת כְּגֶשֶׁת לָגֶשֶׁת מִגֶּשֶׁת

נְפוֹל בִּנְפוֹל כִּנְפוֹל לִנְפוֹל מִנְּפוֹל

In tertio ordine

יְשׁוֹב בְּשֶׁבֶת כְּשֶׁבֶת לָשֶׁבֶת מִשֶּׁבֶת

יְדֹעַ בְּדַעַת כְּדַעַת לָדַעַת מִדַּעַת

אֲכֹל בֶּאֱכוֹל כֶּאֱכוֹל לֶאֱכוֹל מֵאֱכוֹל

In quarto ordine

קוּם בְּקוּם כְּקוּם לָקוּם מִקּוּם

מוּת בְּמוּת כְּמוּת לָמוּת מִמּוּת

In quinto

In quinto ordine

גָלֹת בִּגְלוֹת כִּגְלוֹת לִגְלוֹת מִגְלוֹת
עֲשׂוֹת בַּעֲשׂוֹת כַּעֲשׂוֹת לַעֲשׂוֹת מֵעֲשׂוֹת
קְרוֹא בִּקְרוֹא כִּקְרוֹא לִקְרוֹא מִקְּרוֹא

In ſexto ordine

תּוֹם בְּתוֹם כְּתוֹם לְתוֹם מִתּוֹם

In ſeptimo ordine

נְטֹת בִּנְטוֹת כִּנְטוֹת לִנְטוֹת מִנְּטוֹת
נְשׂוֹא בְּשֵׂאת כְּשֵׂאת לְשֵׂאת מִשֵּׂאת
יְרוֹא בִּירוֹא כִּירוֹא לִירוֹא מִירוֹא
יְרֹת בִּירוֹת כִּירוֹת לִירוֹת מִירוֹת
אֱפֹת בֶּאֱפוֹת כֶּאֱפוֹת לֶאֱפוֹת מֵאֱפוֹת
נָתֹן בְּתֵת כְּתֵת לָתֵת מִתֵּת

De punctis bachlam.

Hic primo notandum, naturale punctum literarum bachlam eſſe ſcheua, excepta mem prępoſitione, quę habet hirec ſequente dages. Quando autem literę בכל ueniunt ad literam ſcheuatam, mutatur earũ ſcheua in hirec, & ante literam hatephatam mutatur in patha uel ſęgol. Lamed tamen in quarto ordine habet peculiariter camez pro ſcheua. Mem uero præpoſitio regulariter habet hirec ſequente dages. Quando tamen uenit ſcribenda ante literam gutturalem, mutantur hirec & dages in zere. Secundo notandum, in ſi

nitiuum ſecũdi ordinis & item tertij ordinis plerumq; abijcere primã radicalem & accipere tau in fine pręcedente duplici ſęgol, aut pręcedente propter gutturalem literã duplici pathah. Sunt tamen multa uerba in ſecundo ordine, quę infinitiuum integrum habent, ut לִנְטוֹעַ ad plantandum, לִנְחוֹל ad hæreditandum. In quarto ordine media radicalis uau, ſemper expreſſe ſcribitur. In quinto uero ordine he mutatur in tau. Sextus ordo ferè nihil diſcriminis habet à quarto. In ſeptimo ordine iod initiale ſcheuatum & literę בבל ſcheuatę tranſeunt in unum hirec, atq; he finale migrat in tau. Porrò uerbum נָתַן abijcit utramque extremitatem & accipit tau in fine. Reliqua patent. Tertio notandum quod quibuſdam uerbis perfectis nonnunquam adijcitur litera paragogica he, ut לְדַאֲבָה ad dolendum, לְאַהֲבָה ad amandum, Iſa. 56.

IMPERATIVVS KAL.

Vocant Hebręi imperatiuũ צִוּוּי id eſt, imperium, & habet ſecundã ſingularẽ maſc. regulariter ſcheuatam, niſi habuerit paragogen he, tunc enim habet uel ֲ uel hirec, ut שְׁלַחָה & שִׁלְחָה mitte, זְכוֹר & זָכְרָה recordare.

Forma

Forma imperatiui kal in perfectis.

שְׁמוֹר שִׁמְרוּ ׃ שִׁמְרִי שְׁמוֹרְנָה

cuſtodite cuſtodi cuſtodite cuſtodi

שְׁכַב שִׁכְבוּ ׃ שִׁכְבִי שְׁכַבְנָה

iacete iace iacete iace

בְּחַר בַּחֲרוּ ׃ בַּחֲרִי בְּחַרְנָה

In ſecundo ordine

נְפַל נִפְלוּ ׃ נִפְלִי נְפַלְנָה

גַּשׁ גַּע גְּשׁוּ ׃ גְּעִי גְּשִׁי גַּשְׁנָה

accedite accede accedite accede

In tertio ordine

שֵׁב רֵד שְׁבוּ ׃ שְׁבִי רְדִי שֵׁבְנָה

ſedete ſede ſedete ſede

רַע רְעוּ · רְעִי רַעְנָה

אֱמוֹר אִמְרוּ ׃ אִמְרִי אֱמֹרְנָה

In quarto ordine

קוּם בֹּא בֹּאוּ ׃ קוּמִי קוּמְנָה

שִׂים שִׂימוּ ׃ שִׂימִי שִׂימְנָה

In quinto ordine

גְּלֵה גְּלוּ ׃ גְּלִי גְּלֶינָה

עֲשֵׂה עֲשׂוּ ׃ עֲשִׂי עֲשֶׂינָה

In ſexto ordine

תּוֹם תֹּמּוּ תֹּמִּי תְּמֶינָה

נִיר נִירוּ נִירִי נְרִינָה

In ſeptimo ordine

נְטֵה נְטוּ נְטִי נְטֶינָה ׃ שָׂא שְׂאוּ שְׂאִי שְׂאֶינָה

יְרָא יִרְאוּ & יְראוּ ׃ יִרְאִי יִרְאֶינָה

תֵּן & תְּנָה תְּנוּ ׃ תְּנִי תֵּנֶינָה & תֵּנָּה

In primo ordine tranſitiua deſinunt in holē, neutra uero & quę ultimā aut penult. habent ain uel heth, deſinunt in pathah. In plur. maſ. propter concurſum duorum ſcheuain, primum uertitur in hirec, niſi alterum ſit ſub gutturali. Maſc. ſingularis ob paragogen he mutat quoq; primum ſcheua in hirec, ut שִׁמְרָה cuſtodi. In ſecũdo ordine pleraq; uerba ueniunt integra more perfectorũ. In tertio uero quę ab aleph incipiunt integra ſunt, & quę iod habent pe, abijciunt iod paucis exceptis, ut יִצְקוּ effundite 3. Reg. 18. In quarto ordine media uaũ ſemper exprimitur, aut cõmutatur in iod. In quinto uero deſinit imperatiuus maſc. in zere. Reliqua patent.

FVTVRVM KAL.

PEndet futurũ ab imperatiuo, niſi quod præponuntur literę אֵיתָן idq; nedũ in hac coniugatione prima, uerum & in piel atq; hiphil. Habent autem literę אית״ן in hac cõiugatione, præſertim in primo, ſecundo & quinto ordine, pun-

ctum

ctum hirec pręter aleph quod habet ſegol. Sola prima perſona eſt cōmunis generis, reliquæ habent differentia genera.

Futurum kal in uerbis perfectis.

אֶשְׁמֹר. תִּשְׁמֹר יִשְׁמֹר ׃ נִשְׁמֹר תִּשְׁמְרוּ יִשְׁמְרוּ

cuſtodient cuſtodietis cuſtodiemus cuſtodiet cuſtodies cuſtodiā

In fœm. תִּשְׁמְרִי תִּשְׁמֹר תִּשְׁמֹרְנָה & תִּשְׁמֹרְןָ

cuſtodietis & cuſtodient. cuſtodiet cuſtodies

אֶשְׁכַּב תִּשְׁכַּב יִשְׁכַּב ׃ נִשְׁכַּב תִּשְׁכְּבוּ יִשְׁכְּבוּ

תִּשְׁכְּבִי תִּשְׁכַּב תִּשְׁכַּבְנָה

In ſecundo ordine

אֶפּוֹל תִּפּוֹל יִפּוֹל . נִפּוֹל תִּפְּלוּ יִפְּלוּ

בֹּחַס	macula	כֹּבַע	galea
רֹחַב	latitudo	אֹרַח	ſemita

Hæc itaq; nomina in regimine ſingulari nihil mutãt, in reliquis uero mutationibus migrat holẽ in hatephcamez, ut אֹזֶן אֲהֲרֹן auris Aharon, קָדְשׁוֹ ſanctitas eius, קֳדָשִׁים ſanctitates, קָדְשֵׁי יְיָ ſanctitates domini, חֹזֶק & חָזְקָה fortitudo, ח חֹרֶשׁ & חֳרָשָׁה dumus. Quędam tamen habẽt pro ֳ purũ camez, ut שָׁרָשִׁים radices, קָדָשֶׁיךָ ſanctitates tuæ. Et à קֹמֶץ dicitur קָמְצוֹ pugillus eius, ſicut à גֹּדֶל dicit̃ גָּדְלוֹ magnificentia eius, & ab אֹהֶל fit plurale אֳהָלִים & אֹהָלִים tabernacula. Item à גֹּרֶן גָּרְנִי area mea. Et à חֹפֶן in duali numero חָפְנַיִם duę uolæ. Et à בְּאֹשׁ fit בָּאְשׁוֹ fœtor eius. A רֹחַב fit רָחְבּוֹ latitudo eius, & à רֹמַח dicitur רְמָחִים & in cõſtructione plurali רָמְחֵיהֶם lanceæ eorum. Præter pauca iſta enumerata exempla, alia omnia, quæ innumera ſunt, ſequũtur regulam. Et quum media aut ultima eſt una ex his gutturalibus החע migrat ſegol in pathah, exceptis paucis quę mediã habent

habent gutturalem, quale eſt אֹהֶל tabernaculũ, תֹּאַר forma, à quo fit תָּאֳרָם forma eorum.

מָוֶת

Pauca inueniũtur ſub hac forma nomina, qualia ſunt מָוֶת mors, תָּוֶךְ medium, עָוֶל peruerſitas, אָוֶן uanitas. Hęc in regimine ſingulari mutãt uau mobile in quieſcens, ut בְּתוֹךְ הָעִיר in medio ciuitatis, מוֹת יְשָׁרִים mors iuſtorum. Et cum affixis, מוֹתִי mors mea, אוֹנֵךְ uanitas tua, Ierem. 4. Et cum he ſuperaddita litera מָוְתָה mors, עַוְלָה peruerſitas. Inuenitur etiam עֶוֶל in regimine, & עַוְלוֹ cum affixo. In plurali מוֹתִים & מוֹתוֹת & ab אָוֶן quãdo ſignificat efficatiam, inuenitur in plurali אוֹנִים uires. In ſingulari abſoluto habet uau mobilem literam, cũ affixis atq; in plur. eadem litera quieſcit. Inuenitur tamẽ ſemel אוֹן pro הוֹן Hoſeę duodecimo. Eſt & alia uox שָׁוְא quæ ſcribi debuerat שָׁוֶא & illa ſub nulla mutatiõe inuenitur.

צַדִּיק גַּנָּב עִלֵּג

De dageſſatis una eſt regula, quod ob nullã quatuor mutationum mutantur, exempla ſunt.

קֶשֶׁר	incēſum	גַּנָּב	fur	סָרִיס	eunuchus
עִוֵּר	cœcus	סֻלָּם	ſcala	עָרִיץ	nebulo
כִּכָּר	talentū	אַדִּיר	magnificus	פָּרָשׁ	eques
פִּסֵּחַ	claudus	גַּלָּב	ſcriba	פֶּחָם	pruna
חֵרֵשׁ	ſurdus	גִּדּוּת	blaſphemia	כֶּחָשׁ	mendax
שִׁכּוֹר	ebrius	חַלָּשׁ	infirmus	בִּכּוּר	primitiæ

Quę ſunt de primo & ſecundo ordine ſic mouentur in fœm. genus & pluralem numerū, צַדִּיקִים צַדִּיקַת גַּנָּבִים גַּנֶּבֶת & in plur. conſtruct. צַדִּיקֵי. Item סֻלָּמִי ſcala mea, עִוְּרִים cœci, עִלְּגִים muti: item in plur. cōſtruct. כִּכְּרֵי גַּחֲלֵי &c. Quę ſecundam habent zere, mutāt illud in ſcheua, ut כֻּסֶּמֶת ſpelta, in plur. כֻּסְּמִים Sic à כִּסֵּא ſolium. כִּסְאִי & in plur. כִּסְאוֹת ſolia. Sic מַקֵּל baculus, חַלֵּס lenis. Quę uero ſcribuntur in tertio ordine includunt dages in prima uoce propter mediam gutturalem, diciturq́ꝫ סָרִיסִים eunuchi, פָּרָשִׁים equites, בָּנִים כֶּחָשִׁים filij mēdaces, Iſa. 30. Inuenitur tamē ſępe סָרִיס mutare camez in ſcheua.

כְּתָב וְאֵב גְּבוּל

De his nominibus ponit Elias talem regulā: Nomina quæ habent ſcheua è capite, nunquam mutant ſcheua; Exempla promiſcua:

דְּבַשׁ mel גְּבִיר uir זְאֵב lupus
חֲמוֹר aſinus גְּבוּל terminus כְּסִיל ſtultus
כְּרוּב angelus יְצוּעַ ſtratum זְבוּב muſca
כְּלוּב cauea אֱוִיל ſtultus חֲנִית lancea
בְּכוֹר primogen. דְּבִיר oraculũ שְׁבִית capti.

In fœminino אֱוִילָה ſtulta, זְאֵבָה lupa. In regimine ſing. גְּבוּל הַשָּׂדֶה terminus agri, זְאֵב הַיַּעַר lupus ſyluæ. Cum affixis, חֲמוֹרִי aſinus meus, בְּכוֹרְךָ primogenitus tuus. In plur. זְבוּבִים muſcę, כְּסִילִים ſtulti,&c. Nullã ergo admittunt mutationem nomina quę primã habent ſcheuatam. Excipiuntur tamen ea quę ſecundã uocẽ habent camez, ut יְקָר pręcium, כְּתָב ſcriptura, ea enim in regimine mutant camez in pathah,& in pluralí cõſtructiuo camez mutatur in ſcheua,& primũ ſcheua in hirec, ut כִּתְבֵי יִקְרֵי In reliquis mutationibus manet ſcheua & camez. Item à בְּאֵר inuenitur regulariter בְּאֵרוֹת putei. Inuenitur etiam בֶּאֱרוֹת ſed quod ſecundum Dauid kimhi eſt ab alia forma, ſicut & דִּבְשִׁי mel meũ ab alia forma quàm דְּבַשׁ putatur eſſe. Item אֲגַם ſtagnũ, זְמַן tẽpus, quæ ſunt nomina huius formæ, dageſſant ultimam in plur. & affixorũ ſubiunctione, ut אֲגַמִּים ſtagna, זְמַנִּי tempus meum.

שלל

עוֹלֵל אוֹצָר

אוֹצָר	theſaurus	עוֹלֵל	paruulus
עוֹלָם	ſeculum	תּוֹלָע	uermis
גּוֹרָל	ſors	כּוֹכָב	ſtella
שׁוֹשָׁן	roſa	שׁוֹפָר	tuba

In regimine ſingulari hæc nomina & alia eis ſimi lia mutant camez in pathah, ut אוֹצַר הַשַּׂר theſaurus principis, גּוֹרָלִי ſors mea, כּוֹכָבִים ſtellę, עוֹלָמִים ſecula. Item שׁוֹשַׁנִּים roſę, אוֹפַנִּים rotæ. Et in plurali conſtructiuo כּוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם ſtellę cœli, שׁוֹפְרוֹת הַיּוֹבְלִים tubæ iubileorũ. Porrò עוֹלֵל יוֹבֵל אוֹיֵב mutantur ſicut partici pia pręſentis tẽporis primæ cõiugationis. Huc quoque pertinet אָמָן artiſex.

שׁוּעָל

שׁוּעָל	uulpes	כּוּמָז	ſubligaculum
אוּלָם	porticus	יוּקָשׁ	auceps
מוּעָר	nutatio	עוּגָב	organum

Hæc forma nihil mutat niſi in conſtruct. ſingulari, ubi camez migrat in pathah, & conſtructione plur. mutatur in ſcheua. Inuenitur tamẽ אוּלָם cum camez in regimine ſing. Quædã mutãt uau

ſchureck in kybuz & dages, ut ſunt עגב organum, גמץ fouea.

דבור נחום

ספור	numeratio	כפור	propiciatio
קבוץ	congregatio	נחום	conſultatio
שכול	ſterilitas	באור	declaratio
צבור	aceruus	נאות	adulterium

In quinto uero ordine migrat he tertia radicalis in iod, ut שקוי irrigatio, רבוי pluralitas, & apud rabinos גילוי reuelatio ſiue denudatio, ליקוי eclipſis. Item in fœm. à למוד doctus, למודה docta. Nunquã autem mutatur hæc forma propter mediam dageſſatam. Notandum quoq; hic, quod rabini pro hac forma, quãdo uolũt exprimere nomen uerbale, utuntur communiter hac forma fœminina:

ספירה	numeratio	קשירה	ligatio
עשיה	factio	עליה	aſcenſio
ביאה	congreſſus	ראיה	uiſio
יציאה	egreſſio	הליכה	conſuetudo

De quorum mutatiõe paulo pòſt dicetur ubi ad fœmininum genus peruenerimus.

עַמּוּד

טַבּוּר	umbilicus	תַנּוּר	fornax
חַנּוּן	miſericors	שַׁכּוּל	orbus
תַפּוּחַ	pomum	אַלּוּף	dux
בַחוּר	iuuenis	עַמּוּד	columna

Propter mediam dageſſatã hęc forma nullã un-quam admittit mutationem.

מִשְׁפָּט

מִשְׁקָל	pondus	מִקְטָר	incenſum
מִשְׁכָּן	habitaculum	מִבְחָר	electio
מִבְטָח	fiducia	מַעֲמָד	ſtatio
מִרְמָס	conculcatio	מַאֲמָר	oratio

Iſta hæemanthica in fœm. genus translata nihil mutant, ut מִלְחָמָה prelium, de quo infrà, nec in affixorum ſubiunctione aut plurali numero mutant camez. In regimine autem ſingulari mutant camez plerumq; in pathah, aliquando manet camez. In regimine plur. hæc eſt forma מִשְׁפְּטֵי יְיָ iudicia domini, מִקְדְּשֵׁיכֶם ſanctuaria ueſtra. A מִקְרָא tamen propter aleph fit מִקְרָאֵי in plur. cõſtructiuo. Habet autem mem aliquando hirec & aliquando pathah, id'q; non tãtum ante guttu

rales, ſed & ante alias quaſdam literas, ut מַלְאָךְ angelus, מַרְבָּד ornamentum, מַנְעָם pulchritudo, מַלְמָד ſtimulus. Et in plur. quædã pro camez habẽt pathah dages, ut מִשְׂגָּב & מַרְבַּדִּים cũ affixo dicitur מִשְׂגַּבִּי exaltatio mea. Inueniuntur etiã quædã quæ in ſtatu abſoluto loco camez habent pathah, ut מִזְרַק אֶחָד phiala una. Numeri 7. Itẽ multa habent in plur. terminationem fœm. ut מִשְׁמָרוֹת מִשְׁמָר cuſtodiæ, מִבְצָר munitio, מִבְצָרוֹת & מִבְצָרִים ſed hęc uidẽtur habere ſingulare fœmininum.

מִסְכֵּן מַקְהֵל

מַמְזֵר	ſpurius	מַשְׁעֵן	ſuſtentaculum
מַרְבֵּץ	cubile	מַרְזֵחַ	conuiuium
מַפְתֵּחַ	clauis	מַסְמֵר	clauus
מַעֲשֵׂר	decima	מִזְבֵּחַ	altare

Quę primam non habent gutturalem, habent in regimine מִפְתַּח מִרְזַח מִשְׁעַן מִרְבַּץ מִזְבַּח Et in plurali, מַסְמְרִים מַקְהֵלוֹת & מַקְהֵלִים & מִסְמְרִים מִזְבְּחוֹת De מִזְבְּחוֹת habes Num. 23. multa loca, etiã ſub accẽtibus pauſantib. Cũ ſubiunctione affixorũ, מַעַשְׂרוֹ decima eius, מִזְבַּחֲךָ altare tuum. Iuxta alia non inueniuntur affixa.

מִזְמוֹר מַטְמוֹן

מִכְשׁוֹל	offendiculũ	מַכְאוֹב	dolor
מִקְצוֹעַ	angulus	מַרְגּוֹעַ	refrigeriũ
מַסְלוּל	ſemita	מַנְעוּל	ſera

In plurali מִזְמוֹרִים pſalmi, מַכְאוֹבִים dolo-res,cum affixis מַכְאוֹבִי dolor meus, מַטְמוֹנְךָ theſaurus tuus,&c.

De nominibus fœmininis in ordine perfectorum.

שִׂמְחָה צְדָקָה

בְּרָכָה	benedictio	שִׂמְלָה	ueſtimentũ
שְׁמָמָה	deſolatio	שִׁפְחָה	ancilla
יְשָׁרָה	recta	רִשְׁעָה & רֶשַׁע	impietas
אֲמָרָה	eloquium	גִּבְעָה	collis
יְקָרָה	precioſa	כִּבְשָׂה	ouis
צְעָקָה	clamor	שִׂמְחָה	gaudium

Sic בֶּטַח & בִּטְחָה ſpes

Prior nominũ forma deſcẽdit à maſculinis habẽ-tibus duplex camez, id quod adiectiua declarãt. Nam dicitur maſculine יָקָר precioſus, יָשָׁר re-ctus,&c. Fallit tamẽ in צְדָקָה cuius maſc. eſt צֶדֶק cum duplici ſægol, quæ forma plerũq; alterum ordinem fœmininorũ conſtituit. Nam dicitur in

maſc.

maſcul.כֶּבֶשׂ ouis maſcula,גֶּבַע collis,רֶשַׁע impietas,quorũ fœmin. ſunt ſignata in altero ordine. Prior forma ſic mutatᷓ, צְדָקָה abſolute, צִדְקַת יְיָ iuſtitia domini,& quando media eſt gutturalis, צַעֲקַת הָעָם clamor populi. Itẽ חֶשְׁכַּת מַיִם obſcuritas aquarum. Pſal.18.Cũ affixis,צִדְקָתִי iuſticia mea,צַעֲקָתֵנוּ clamor noſter,&c.ſolũ כֶם exigit ante ſe hanc formã צִדְקַתְכֶם iuſticia ueſtra. In plur.abſoluto צְדָקוֹת & in regimine צִדְקוֹת Sic יִשְׁרוֹת לֵב rectę corde.Porrò forma שִׂמְחָה ſic mutatur.In regimine ſing. שִׂמְחַת הַלֵּב gaudiũ cordis,& cum affixis שִׂמְלָתִי ueſtimentum meum, שִׁפְחָתְךָ ancilla tua, רִשְׁעַתְכֶם impietas ueſtra. In plurali abſoluto, שְׂמָלוֹת שְׁפָחוֹת & in regimine , שִׂמְחוֹת Affixa ſubiunguntur formę conſtructiuæ.Sunt etiam quędam de hac forma,quæ pro hirec habent pathah,ut

שַׂלְמַת	ueſtis	כַּבְשַׂת	ouis
עַוְלַת	iniquitas	שַׁלְוַת	proſperitas
נַעֲרַת	puella	נַעֲלַת	calciamentum
סַעֲרַת	turbo	עַנְוַת	manſuetudo

In regimine נַעֲרַת עַנְוַת Cum affixis, שַׂלְמָתוֹ נַעֲרָתִי In plurali abſoluto שְׂלָמוֹת סְעָרוֹת & in regimine, שַׂלְמוֹת נַעֲרוֹת Affixa ſubijciuntur

formæ

formę conſtructiuæ. Huc quoq; pertinēt ſequentia nomina, tametſi deſcendant à forma quinque punctorum.

חֶלְקַת	pars	חֶרְפַּת	opprobrium
עֶרְנַת	uoluptas	שְׁאֵלַת	petitio
עֶרְוַת	turpitudo	חֶלְיַת	ornamentum

In regimine חֶלְקַת חֶרְפַּת Cum affixis חֶלְקָתִי עֶרְוָתַח In plur. abſoluto חֲלָקוֹת חֲרָפוֹת & in regimine עֶרְווֹת חֶרְפוֹת &c.

חֶבְמַת בֶּהָלַת

נֶחָמַת	conſolatio	עֲצָמַת	robur
לֶהָבַת	flamma	עֲרָמַת	aſtutia
בֶּלָהַת	turbatio	עֲרָלַת	præputium
נֶאָצַת	blaſphemia	קָרַחַת	caluicium
נֶהָרַת	claritas	חָרְבַת	deſolatio

Quæ ſunt de prima forma non mutantur neq; in regimine neq; in affixorū ſubiunctione, niſi quod he migrat in tau raphatum. Sūt enim ex dageſſatis, ut נֶחָמָתִי conſolatio mea. בֶּהָלוֹת terrores, נְאָצוֹת blaſphemię, לֶהָבוֹת flammæ, & in regimine לַהֲבוֹת Sic בֶּלָהַת habet in regimine בַּלְהוֹת

Quæ ſunt de ſecūda forma, deſcēdūt ab his quæ

habent holem ſægol, ut עֹצֶם & עָצְמָה robur, In regimine ſing. חָכְמַת Cum affixis חָכְמַתְכֶם חָכְמָתוֹ חָכְמָתְךָ In plur. עֲרָלוֹת præputia, in ſtatu abſoluto & conſtructiuo. Sic כֻּתֳּנוֹת tunicę. Sunt etiam quædā quæ loco ‑ָ habent kybuz, ut טֻמְאָה in regimine טֻמְאַת immundicia, טֻמְאָתוֹ In plurali טֻמְאוֹת Sic חֻפְשָׁה libertas.

כַּפֹּרֶת בַּחֶמֶת

בַּקָּשָׁת	petitio	גְּזֵלָת	rapina
בַּצָּרָת	ſiccitas	אֲפֵלָת	caligo
בַּקָּרָת	inquiſitio	נְבֵלָת	morticinium
יַבָּשָׁת	arida	חֲשֵׁכָת	tenebra

Prima forma in regimine ſingulari, חַטַּאת propiciatio, בַּקָּשָׁתִי petitio mea, נֶאָצוֹת blaſphemię, בַּצָּרוֹת ſiccitates. Secunda forma in regimine ſingulari, נִבְלַת חֶשְׁכַת בֶּהֱמַת גְּזַלַת & cum affixis, נִבְלָתִי אַפֵּלָתִי De בְּהֵמָה notandum quod in duplici forma inuenitur, cum he ſcilicet & tau. Cū he recipit affixa in hunc modum, בְּהֶמְתְּךָ iumentum tuum, & cum tau, בְּהֶמְתְּךָ In plurali abſoluto בְּהֵמוֹת אֲפֵלוֹת חֲשֵׁכִים In regimine, בַּהֲמוֹת נִבְלוֹת &c. Sic לְבֵנָה לִבְנַת in plurali לְבֵנִים lateres, תְּאֵנָה תְּאֵנִים ficus, חֲצֵרָה חֲצֵרִים

&

& חֲצֵרוֹת atria, & in regimine חַצְרֵי Inuenitur quoq; לִבְנָה & in plurali לִבְנִים pro populo arbore, & אִשֶּׁה אִשִּׁים pro ſacrificio ignito.

שְׁחוֹרָה כְּפִינָה

נְגִינָה	melodia	אֲגוֹרָה	nummus
מְדִינָה	prouincia	בְּשׂוֹרָה	nuntium
גְּבִירָה	domina	קְטוֹרָה	incenſum
אֲבִילָה	cibatio	גְּדוֹלָה	magna

Hę formę non mutantur, niſi quod he migrat in tau raphatum, ut עֲבוֹדַת יְיָ miniſterium ſeu cultus domini. Huc quoq; pertinent כְּלִמָּה ignominia, שְׁמִטָּה dimiſſio. Item חַבּוּרָה liuor, בַּכּוּרָה præcox, גְּדוּפָּה opproprium, מְלוּאָה impletio, אֲגֻדָּה faſciculus, אֲלֻמָּה manipulus, סְגֻלָּה peculiũ: item גְּבוּרָה fortitudo, גְּמוּלָה retributio, מְלוּכָה regnum, יְשׁוּעָה ſalus, תּוֹרָה lex, &c. Omnia iſta nomina & eis ſimilia, nullam aliã admittũt mutationem, niſi quod he uertitur in tau, & in regimine ſingulari camez finale migrat in pathah.

גְּבֶרֶת עֲטֶרֶת

בְּהֵמָה	iumentum	יְבֵמֶת	affinis

שְׁכֶנֶת	uicina	עֲקֶבֶת	ueſtigium
עֲקֶרֶת	ſterilis	חֲמֵשֶׁת	quinq;

Hęc in regimine ſing. non mutantur, cum affixis hanc habent formam, יְבִמְתּוֹ affinis eius, גְּבִרְתִּי domina mea, Itē בְּהֶמְתְּךָ iumentum tuū, חֲבֶרְתְּךָ ſocia tua, עֲטַרְתִּי corona mea. In plurali עֲטָרוֹת coronæ, שְׁכֵנוֹת uicinę, חֲבֵרוֹת ſodales. Et in regimine גְּבִרוֹת חַבְרוֹת עַטְרוֹת cui formę affixa quoque ſubijciuntur.

אַדֶּרֶת אִגֶּרֶת

עִוֶּרֶת	cœca	צַמֶּרֶת	ramus ſublimis
כִּנֶּרֶת	cithara	דַּלֶּקֶת	febris
סַפַּחַת	puſtula	יַבֶּשֶׁת	ariditas
גַּבַּחַת	caluicium	לַהֶבֶת	flamma

Hæc dageſſata in regimine ſing. non mutantur. Affixa ſic ſuſcipiūt, אַדַּרְתּוֹ chlamys eius, גַּחַלְתִּי & גַּחֲלָתִי carbo meus, אִגַּרְתְּךָ epiſtola tua. In plur. אַדָּרוֹת chlamydes, דַּלָּקוֹת febres, יַבָּשׁוֹת ariditates, לְהָבוֹת flammæ, גֶּחָלוֹת prunæ, עִוְּרוֹת cœcæ, אִגְּרוֹת epiſtolæ, כִּנֹּרוֹת citharæ, קָרָחוֹת caluicia, & in regimine קָרְחוֹת Sic סַפָּחוֹת & in conſtruct. סַפְּחוֹת puſtulæ. Item גַּבַּחַת גַּבָּחוֹת caluicium, caluicia, &c.

קְטוֹרֶת כּוֹתֶרֶת

חוֹתֶמֶת	annulus	נְחֹשֶׁת	æs
יוֹתֶרֶת	reticulum	כְּתֹנֶת	tunica
עוֹפֶרֶת	plumbum	יְכֹלֶת	potentia
תּוֹלַעַת	uermis	שְׁכֹבֶת	coitus

In regimine ſingulari nō mutant̃. In plur. כּוֹתָרוֹת capitella, תּוֹלָעוֹת uermes, קְטֹרוֹת incenſa. Cū affixis, קְטָרְתִּי incēſum meum, נְחֻשְׁתִּי æs meū, חוֹתַמְתִּי ſigillum meum. Sunt etiam quædā dageſſata, ut שִׁבֹּלֶת ſpica, כֻּתֹּנֶת tunica, כַּפֹּרֶת propiciatorium, פָּרֹכֶת uelum, בַּצֹּרֶת ſiccitas, & illa non mutantur in plurali, ut כַּפֹּרוֹת כֻּתָּנוֹת שִׁבֳּלִים פָּרֹכוֹת Cum affixis, כֻּתָּנְתִּי tunica mea, כֻּתָּנוֹתָיו tunicę eius, פָּרָכְתִּי uelū meū, פָּרֹכוֹתֶיךָ uela tua. Sic כֻּסֶּמֶת ſpelta, in plurali כֻּסְּמוֹת & כֻּסְּמִים item קֻבַּעַת fex.

שְׁרִירוּת שַׁחֲרוּת

גַּבְהוּת	altitudo	יְרִירוּת	dilectio
יַלְדוּת	puericia	כְּסִילוּת	ſtulticia
מַרְדוּת	rebellio	כְּרִיתוּת	ſuccíſio
מַלְכוּת	regnum	כְּלִמּוּת	ignominia
אַלְמָנוּת	uiduitas.	כְּבֵדוּת	grauitas

שִׁפְלוּת	humilitas	עֲלִיצוּת	exultatio
סִכְלוּת	ſtulticia	חַכְלִילוּת	rubedo

In plurali, שַׁחֲרִיּוֹת iuuẽtutes, מַמְרוּיוֹת rebelliones, מַלְכֻיּוֹת regna, חַכְלִילִיּוֹת rubedines, כְּבֵדֻיּוֹת grauitates In regimine ſing. non mutantur niſi quod אַלְמָנוּת mutat camez ſub mem in ſcheua. Porrò יְרִירוּת habet in plurali יְרִירִיּוֹת aut potius יְרִירֻיּוֹת Sic de reliquis.

גָּפְרִית רֵאשִׁית

שְׁאֵרִית	reſiduum	תַּבְנִית	ſimilitudo
חִתִּית	terror	בּוֹרִית	ſapo
שְׁלִישִׁית	tertia	אַחֲרִית	nouiſſimum

In plurali רֵאשִׁיּוֹת initia, גָּפְרִיּוֹת ſulphura, שְׁלִישִׁיּוֹת שְׁאֵרִיּוֹת אַחֲרִיּוֹת תַּבְנִיּוֹת &c,

חֶשְׁבּוֹן קָרְבָּן

דָּרְבָן	ſtimulus	שִׁלְטוֹן	poteſtas
שֻׁלְחָן	menſa	זִכְרוֹן	memoria
חַרְצָן	acinus	יִדְּעוֹן	diuinus
כִּבְשָׁן	fornax	יִתְרוֹן	amplitudo
קִנְיָן	poſſeſſio	חֶסְרוֹן	defectus
בִּנְיָן	ædificium	עֶלְיוֹן	altiſſimus

In plurali

In plurali יִרְעוֹנִים ſcioli, אֶבְיוֹנִים pauperes, חֶשְׁבּוֹנוֹת ſupputatiões, ſic רִמּוֹן in plur. רִמּוֹנִים malogranata, Item חַרְצַנִּים acini, מִגְדָּנוֹת poma optima, קִנְיָנִים poſſeſſiones, קָרְבָּנוֹת oblatiões, שֻׁלְחָנוֹת menſę, עֶלְיוֹנִים excelſi, זִכְרוֹנוֹת hiſtorię. Quę in ſing. deſinunt in camez, mutãt illud in ſtatu regiminis in pathah, קָרְבַּן יְיָ oblatio domini. שֻׁלְחַן הַמֶּלֶךְ menſa regis, בִּנְיַן הַבַּיִת conſtructio domus. Quę uero in holẽ deſinunt, nihil mutant, niſi media uox ſit camez, tunc enim illa migrat in ſcheua quũ in regimine ponit͛, ut קִנָּמוֹן cinnamomum, in regimine, קִנְּמַן Sic גִּלָּיוֹן & in plurali גִּלְיוֹנִים ſpecula.

De duplicantibus tertiam radicalem.

Varię ſunt formę nominũ geminãtiũ unam triũ radicaliũ, qualia ſunt רַעֲנָן uiridis, רַעֲנַנִּים uirides, נַאֲפוּפִים נַאֲפוּפוֹת adulteria, שַׁבְּלוּל cochlea, סַגְרִיר pluuia, חַרְחוּר ardor, כַּרְכּוֹם crocus, זַרְזִית herba quædã. Hęc nõ mutãtur. Item גַּרְגַּר granũ, גַּלְגַּל rota, עַפְעַף palpebra, צִלְצַל fiſcella. Hæc quoq; nõ mutant͛. Itẽ שַׁעֲרוּרִית turpitudo. plurale eius deſinit in ioth. יְרַקְרַק in plur. יְרַקְרַקִּים flaui, אֲדַמְדָּם rufus, אֲדַמְדַּמִּים rubicundi, שְׁחַרְחֹר niger, שְׁחַרְחֹרֶת nigra

De

De hæmanthicis fœmininis.

מִשְׁפָּחָת	familia	מַמְלָכָת	regnum
מִלְחָמָת	prelium	מְלָאכָת	opus
מִשְׁמָרָת	cuſtodia	מַעֲמָסָת	onus
מֶמְשָׁלָת	dominiū	מַרְאָשָׁת	ceruical
מֶרְכָּבָת	currus	מַעֲשָׁקָת	calumnia

In regimine ſingulari מִשְׁפַּחַת מִלְחֲמַת מֶמְשֶׁלֶת In plurali מִשְׁפָּחוֹת מִלְחָמוֹת מִשְׁמָרוֹת מַרְכָּבוֹת מֶמְשָׁלוֹת מַמְלָכוֹת In conſtructione plur. מִלְחֲמוֹת מִשְׁמְרוֹת מַמְלְכוֹת מֶמְשְׁלוֹת

Alia forma.

מִלְחֶמֶת	prelium	מַשְׂכֹּרֶת	merces
מִשְׁפַּחַת	cognatio	מַאֲכוֹלֶת	cibus
מִשְׁמֶרֶת	cuſtodia	מִכְמוֹרֶת	rete
מְלֶאכֶת	opus	מַחֲגֹרֶת	cingulum
מֶמְשֶׁלֶת	dominium	מִשְׁקוֹלֶת	pondus

In regimine ſin gulari non mutātur. Cum affixis מִלְחַמְתִּי prelium meū, מִשְׁקַלְתִּי ponderatio mea, מַחֲגַרְתִּי cingulū meum. In plur. מַחֲגוֹרוֹת מִלְחָמוֹת מִשְׁפָּחוֹת מִכְמוֹרוֹת Quæ in plur. ha bent camez in penult. mutant illud propter regi men in ſcheua. Quę autem penult. habēt holem, uertunt illud in affixorum ſuſceptione in kybuz, ut מַשְׂכֻּרְתְּךָ merces tua, &c.

Alia

Alia forma.

תִּפְאֶרֶת	gloria	תַּעֲלוּמָה	abſconſio
תִּפְלֶצֶת	terror	תַּנְחוּמָה	conſolatio
תִּלְבֹּשֶׁת	ueſtis	תַּחֲנוּנָה	præcatio

Hęc ſic mutantur: in regimine תִּפְאֶרֶת תַּנְחוּמַת Cũ affixis תִּפְאַרְתִּי תַּנְחוּמָתִי In plur. תַּנְחוּמוֹת תִּפְאָרוֹת & תַּחֲנוּנִים Inuenitur etiam תִּפְאָרָה in ſingulari.

Alia forma hæemanthica.

תַּנְחוּם	conſolatio	תַּשְׁבֵּץ	incluſio gẽmę
תַּמְרוּר	amaritudo	תַּרְבֵּץ	accubitus
תַּעֲלוּל	infans	תַּלְמִיד	diſcipulus

In plur. תַּמְרוּקִים ornatus muliebres. Non mutãtur. Et in fœmin. תַּרְדֵּמָה ſopor, תַּבְעֵרָה accenſio. Item תְּאַשּׁוּר ſpecies cedri, תְּבַלּוּל albugo, quę propter mediam dageſſatam nõ mutantur.

Haemanthica cum aleph.

אֶשְׁכָּר	munus	אֶגְרוֹף	pugnus
אֶשְׁנָב	feneſtra	אֶפְרוֹחַ	pullus auis
אֶצְבַּע	digitus	אֶשְׁכּוֹל	botrús
אֶשְׁפָּר	fruſtum	אֶזְרוֹעַ	brachium
אַכְזָר	crudelis	אֶתְמוֹל	heſternũ tẽpus

In regimine אֶצְבַּע חַיִּר ſed אֶגְרוֹף non mutatur in regimine. Cum affixis אֶגְרוֹפִי אֶצְבָּעִי In plurali

rali אֶצְבָּעוֹת אֶפְרוֹחִים & אַשְׁכּוֹלוֹת In cōſtruct. אֶצְבְּעוֹת אַשְׁכְּלוֹת & אֶשְׁכְּלוֹת Inueniuntur & alię formę, ut ſunt אַבְנֵט baltheus, אַכְזִיב mendaciū, אַתִּיק angulus pro אַנְתִּיק item אֶצְעָדָה armilla אַזְכָּרָה memoria, אַשְׁמוּרָה cuſtodia, אַכְזְרִיּוּת crudelitas. Horum mutatio patet ex ſuperioribus.

FORMAE QVAEDAM NOMINUM *ſecundi ordinis.*

מַבּוּל	diluuium	מַפָּלָה	caſus
מַבּוּעַ	fons	מַתָּנָה	donum
מַדּוּחַ	expulſio	מַטָּרָה	ſcopus
מַסָּע	profectio	מַגֵּפָה	plaga
מַבָּט	aſpectus	מַסֵּכָה	ſculptile
מַפָּל	quiſquiliæ	מַפֶּלֶת	cadauer
מַפָּח	exufflatio	מַצֵּבָה	ſtatua
מַפָּץ	malleus	מַצֶּבֶת	ſtatua
מַתָּן	donum	חַבָּרָה	cognitio

Maſculina nō mutanť niſi qđ camez in regimine migrat in patha. In plur. מַסָּעִים מַבּוּעִים Dages oſtendit nun primā radicalē excepto מַצֵּבָה ubi dages repreſentat defectū iod primæ radicalis. Fœm. deſinētia in he in regimine ſing. hāc habēt formā, מַגְּפַת מַצְּבַת In plur. מַתְּנוֹת מַצְּבוֹת &c.

Formæ

FORMAE PECVLIARES NOMInibus tertij ordinis

מוֹשָׁב	habitatio	מוֹשָׁבָה	ſeſſio
מוֹרָשׁ	poſſeſſio	מוֹרָשָׁה	poſſeſſio
מוֹלָד	cognatio	מוֹעָדָה	congregatio
מוֹצָא	exitus	מוּסָדָה	fundamentum

In plurali nulla fit mutatio, ut מוֹלָדִים מוֹרָשׁוֹת In regimine ſing. מוֹלַד מוֹרָשַׁת & מוֹרְשַׁת Cum affixis, מוֹרָשָׁתִי מוֹשָׁבִי In regimine plurali מוֹשְׁבֵי מוֹשְׁבוֹת &c. Deſinũt etiã quędam fœminina in tau præcedente ſægol ut מוֹלֶדֶת מוֹדַעַת מוֹרֶשֶׁת Hinc מוֹלַדְתִּי natiuitas mea, מוֹרַשְׁתִּי poſſeſſio mea, מוֹדַעְתִּי cognitio mea.

Forma alia nominum tertij ordinis.

מוֹעֵד	ſolennitas	מוֹעֵצָה	conſultatio
מוֹפֵת	portentum	מוֹסֵרָה	uinculum
מוֹקֵד	exuſtio	מוֹקְדָה	incendium

In regimine מוֹקֵד מוֹעֲצַת Cum affixis מוֹעֲדוֹ מוֹעֲצַת In plur. מוֹעֲדִים מוֹעֲצוֹת מוֹסֵרוֹת In regimine מוֹעֲדֵי מוֹסְרוֹת &c.

Formæ aliæ nominum tertij ordinis.

מֵישָׁר	rectitudo	שֵׁנָה	ſomnus
מִישׁוֹר	planicies	דַּעַת	ſcientia
תֵּימָן	meridies	עֵצָה	conſilium

תִּירוֹשׁ	muſtum	לֵדָה	partus
תִּינוֹק	puer	עֵדָה	cœtus
תּוֹשָׁב	inquilinus	חֵמָה	ira, furor

Maſculina quę ſunt ſine he ſic mouent̃, מֵישָׁרִים rectitudines, תִּינוֹקוֹת pueri, & תּוֹשָׁב in regimine habet תּוֹשַׁב Fœminina in regimine ſing. ſic habẽt, עֲדַת עֲצַת רַעַת שְׁנַת Et cum affixis, חֲמָתוֹ עֲצָתוֹ רַעְתּוֹ שְׁנָתוֹ Inuenitur etiam in ſtatu abſoluto רַעַת à quo cum affixis dicitur רַעְתּוֹ In plurali עֵדוֹת עֵצוֹת רֵעוֹת שֵׁנוֹת Et cũ affixis עֲצוֹתָיו שְׁנוֹתָיו &c. Inuenitur etiam צֵאָה & צוֹאָה atq̃ צֵא pro ſtercore. Item צֶאֱצָא germen. Et forma hęæmanthica cum tau, תּוֹלֵדָה & תּוֹלֶדֶת generatio, תּוֹכֵחָה & תּוֹכַחַת atq̃ תּוֹכַחַה correptio. In plur. תּוֹלֵדוֹת תּוֹכֵחוֹת & in regimine תּוֹכְחוֹת תּוֹלְדוֹת

DE NOMINIBVS QVARTO *ordini peculiaribus.*

מָקוֹם	locus	מְרוּצָה	curſus
מָכוֹן	habitaculum	מְדוּרָה	rogus
מָאוֹר	luminare	מְצוּדָה	rete
מָלוֹן	hoſpitium	מְשׂוּכָה	ſepes
מָגוֹר	pauor	מְבוּכָה	perplexitas
מָנוֹס	fuga	מְגוּרָה	pauor

מָקוֹר

מְקוֹר	uena	מְצוּרָה	munitio
מָצוֹק	anguſtia	מְנוּסָה	fuga

Maſculina mutant camez in ſcheua & fœminina uertunt he in tau. Sunt etiã quędã ſine mem hęemanthico, ut שָׂשׂוֹן gaudiũ, זָדוֹן ſuperbia. Item זֵדוֹן ſuperbus, חִיצוֹן à חוּץ exterior.

Formæ aliæ nominum quinti ordinis.

סִיר	olla	חַיִל	exercitus
שִׁיר	canticum	עַיִן	oculus
קִיר	paries	בַּיִת	domus
צִיר	legatus	עַיִר	pullus
צִיץ	flos	לַיִל	nox
עִיר	ciuitas	יַיִן	uinum
מִין	ſpecies	זַיִת	oliua

Quę habent iod quieſcẽs nihil mutant, niſi quod quædam habent irregulare plurale, ut עָרִים & עָרֵי ciuitates, עֲיָרִים pulli, צִצִים flores. Porrò quæ habent iod mobile ſic mutãtur in regimine חֵיל עֵין בֵּית יֵין Cum affixis, חֵילִי עֵינִי בֵּיתִי &c. In plurali בָּתִּים עֲיָרִים יֵינוֹת זֵיתִים חֲיָלִים עֵינַיִם &c. His annumerari poſſunt נֵר lucerna, נֵרִי & in plur. נֵרוֹת Item גֵּר peregrinus גֵּרִים & עֵר teſtis, עֵדִים & אֵל אֵלִים deus בֵּין inter, בֵּן filius, in plur. בָּנִים

Formæ aliæ nominis quarti ordinis.

דָג	piſcis	סוֹד	myſteriū	עוֹר	pellis
רָשׁ	pauper	אוֹר	lumen	שׁוֹר	bos
שָׂר	princeps	קוֹל	uox	טוֹב	bonus
רָע	malus	שׁוֹט	flagellū	שׁוֹעַ	diues
עָב	nubes	חוֹחַ	ſpina	יוֹם	dies
צָר	hoſtis	כֹּחַ	uirtus	רוּחַ	ſpiritus
זָר	alienus	כּוֹס	calix	טוּר	ordo
רָם	excelſus	בּוֹר	puteus	פּוּר	ſors

Adiectiua in his formis ſuperaddūt he literā pro cōſtitutione fœm. generis, ut רָעָה mala, שָׂרָה principiſſa, טוֹבָה bona. In regimine ſingul. שַׂר הָעַמִּים princeps populorū. דַּג הַיָּם piſcis maris. Manet etiā nonnunq̄ inuariatū, ut עָב טַל nubes roris. In plurali שָׂרִים דָּגִים Et in regimine צָרֵי שָׂרֵי Multa tamen mutant camez in ſcheua, ut דְּגֵי רָמֵי Quæ mediam habent uau quieſcētem in regimine ſing. non mutātur neq; in affixorum ſubiūctione, ſed & adiectiua ſimpliciter ſuſcipiūt he fœm. literam, ut טוֹבָה שׁוֹעָה Plurale quoque ſimpliciter ſuperaddit oth uel im, ut קוֹלוֹת טוּרִים אוֹרִים עוֹרוֹת Quędā tamen habent irregulare plurale, ut יוֹם יָמִים dies, שׁוֹר שְׁוָרִים boues, שׁוּק שְׁוָקִים uici, שׁוֹק שׁוֹקַיִם crura, דּוֹר דּוֹרִים

רְוָוִים cacabi.In plur.conſtruct. יְמֵי dies, אוֹרֵי &c.Irregularia non inueniuntur in cõſtructione.

Forma alia quarti ordinis.

צוּרָת	ſigura	גּוֹפֶת	fauus
נוּמָּת	dormitatio	בָּשְׁנָה	confuſio
בּוֹשָׁת	confuſio	בּוֹשֶׁת	ignominia
שׁוֹאָת	deſolatio		

Fœminina deſinentia in he mutantur propter he ut reliqua fœminina, בּוֹשֶׁת uero ſic recipit affixa בָּשְׁתִּי confuſio mea,&c.

Aliæ formæ quarti ordinis.

צֵדָה	uiaticum	נַחַת	quies
שֵׂבָה	canicies	שַׁחַת	fouea
עֵדָה	teſtimonium	רַחַת	uentilabrum

In plur. עֵדוֹת שֵׂיבוֹת Habet etiã עֵדָה aliam radicẽ nempe יָעַד de qua ſuprà. Cũ affixis שֵׂבָתִי canicies mea, עֵדוֹתֶיךָ teſtimonia tua. A שַׁחַת uero fit שַׁחְתִּי fouea mea, שְׁחוֹת foueę.

Aliæ formæ nominum quarti ordinis.

קָמָה	ſeges	שִׁירָה	canticum
צָרָה	anguſtia	חִידָה	ęnigma
רָעָה	malitia	בִּינָה	intelligentia

In regimine ſing. בָּמַת ara, רָעַת malum, נָפַת־ שָׁוְא cribrũ uanitatis, בִּינַת intelligẽtia. In plur.

צָרוֹת

צָרוֹת tribulationes, שָׁחוֹת retia, חִידוֹת ęnigmata. In regimine בָּמֳתֵי & בָּמוֹתֵיכֶם ſic שְׁחוֹתֶיהָ retia eius, חִידוֹתֵיכֶם problemata ueſtra. Inuenitur etiã עֵדוּת pro teſtimonio. Hinc עֵדוֹתַי pro עֵדוּתַי teſtimonium meum, &c.

Forma alia nominum quarti ordinis.

תְּבוּנָה	intelligentia	תְּמוּנָה	diſpoſitio
תְּשׁוּבָה	conuerſio	תְּנוּעָה	motus
תְּמוּתָה	mors	תְּרוּמָה	oblatio
תְּפוּצָה	diſſipatio	תְּקוּמָה	reſurrectio

Hæc nihil mutant niſi he in tau raphatum.

DE QVIBVSDAM NOMINIBVS QVAE *quinto ordini ſunt peculiaria.*

תַּאֲוָה	deſiderium	תְּעָלָה	aquęductus
תַּאֲנָה	occaſio	תְּלָאָה	labor
תַּאֲלָה	execratio	מַתְּלָאָה	fatigatio

Hæc mutantur ſolum ratione he fœm. literæ.

Aliæ formæ nominum quinti ordinis.

תַּבְנִית	exemplar	תַּרְבּוּת	incrementum
תַּכְלִית	cõſummatio	תַּחֲנוּת	caſtrametatio
מַרְבִּית	incrementũ	תַּזְנוּת	fornicatio

Hæc nullam habent mutationẽ niſi cum de ſing. numero in pluralem mouentur, ut מַשְׂכִּיוֹת imaginationes, תַּזְנוּתַיִךְ fornicationes, תַּחֲנוּיוֹת תַּבְנִיּוֹת תַּרְבּוּתֵיכֶם &c.

Aliæ

Aliæ formæ nominum quinti ordinis.

מִקְנָת	poſſeſſio	מַרְאָת	uiſio
מִרְעָת	paſcua	מִרְמָת	dolus
מִזְרָח	uentilabrum	מִצְוָת	prȩceptum
מַעֲנָת	reſponſio	מִנְחָת	munus
מַחֲנָת	caſtra	מֶחֱצָת	dimidium
מַרְאָת	uiſio	מַחְתָּת	emunctoriũ
מַשְׁקָת	pincerna	אַחֲוָת	annunciatio

Maſculina in regimine ſing. mutãt ſȩgol in zere. ut מַעֲשֵׂה הָאָדָם opus hominis. Affixa uero ſic ſuſcipiunt מַעֲשִׂי מִקְנְךָ מִקְנֵהוּ In plurali מַשְׁקִים מַעֲשִׂים מִקְנִים Cum affixis, מַעֲשָׂיו מִרְעֵינוּ מִקְנֵיהֶם מַחֲנֵיהֶם Fœminina nihil mutant niſi he in tau raphatum.

Forma alia nominum quinti ordinis.

Sunt quædam nomina in hoc ordine, quæ he tertiam radicalẽ mutãt in uau holẽ, ut שְׁבוֹ שְׁבוֹאִים achates, תְּאוֹ & in plur. תְּאוֹיִם & תְּאוֹאִים bos ſylueſter, רְיוֹ In plur. רְיוֹאִים uel רְיוֹיִים atramentũ. Multa ſuſcipiũt nun poſt uau holem, ut רָצוֹן uoluntas, יָגוֹן mœror, נִקָּיוֹן innocentia, עָוֹן iniquitas, &c. In his camez mutatur in ſcheua, ut חֲזוֹן הַנָּבִיא uiſio prophetæ.

C Aliæ

Aliæ formæ.

צָלִי	pulmentum	שְׁבִי	captiuitas
קָלִי	torrefactio	פְּרִי	fructus
עֱלִי	mortarium	כְּלִי	inſtrumentum
נָקִי	innocens	חֲצִי	medium
רָזִי	macies	אֲרִי	leo

Quæ primam habẽt camez ſic mutãtur עָנִי pauper, in regimine עֲנִי Cum affixis, עֲנִיוֹ in plurali עֲנִיִּים נְקִיִּים Quę primam uero habẽt ſcheua, mutant illud in pauſa in ſęgol, ut מֶרִי rebellio, לֶחִי maxilla, & cũ affixis פִּרְיוֹ fructus eius, פִּרְיְךָ fructus tuus, פִּרְיִי fructus meus, פֶּרְיְכֶם fructus ueſter. Sic חֶצְיוֹ mediũ eius, תֶּלְיְךָ pharetra tua, עֶדְיוֹ ornamẽtũ eius. In plur. כְּלִי כֵּלִים כֵּלֵיהֶם כְּלֵיהֶם Porrò אֲרִי leo habet אֲרָיִים & אֲרָיוֹת & גְּדִי hœdus, גְּדָיִים Inuenitur etiam in pauſa צְבִי gloria, ſine ſægol. Sic לַחֲצִי in mediũ.

Formæ aliæ nominum quinti ordinis.

צוֹרִי	reſina	גּוֹלָה	captiuitas
חֳרִי	ira	תּוֹעָה	error
דֳמִי	ſilentium	שׁוֹאָה	deſolatio
יוֹפִי	pulchritudo	עוֹלָה	holocauſtum
חֹלִי	infirmitas	זוֹנָה	meretrix
עֹנִי	paupertas	חוֹמָה	murus.

Prima

Prima forma quę conſtat holem & hirec, cũ affi xis mutat holem in ־ֳ ut חָלְיוֹ infirmitas eius, עָנְיִי paupertas mea. Inuenitur etiã abſolute יְפִי pulchritudo, צְרִי reſina. In plurali חֲלָיִים infirmitates. Altera forma nihil mutat niſi he fœmin. literam in tau.

ALIAE FORMAE NOMI
num quinti ordinis.

שְׁבוּת	captiuitas	שְׁבִית	captiuitas
כְּסוּת	operimentũ	בְּרִית	pactum
פְּדוּת	redemptio	חֲנִית	lancea

Non mutantur hę duæ formæ, ſed ſimpliciter ſuſcipiunt affixa, ut רְעוּתִי amica mea, בְּרִיתִי pactum meũ. Inuenitur etiã חֲצוֹת medium, מְנוֹת numerus, פְּנוֹת reſpectus. In plurali זְנוּתִים fornicationes, רְעוּיוֹת ſodales, חֲנִיתוֹת lanceę, בְּרִיתוֹת fœdera. Eſt & alia forma, quæ deſinit in uth & habet primam camezatam, ut גָּלוּת captiuitas, חָסוּת ſpes, בָּרוּת refectio, & hæc mutant camez in ſcheua. In plurali חֲנוּיוֹת manſiones, à חָנוּת Sic גְּלֻיוֹת captiuitates, חֲזוּיוֹת uiſiones, Item à עֲדוּת in plur. עֲדְיוֹת ornamẽta, & à גֵּאוּת ſuperbia fit plur. גֵּאוּיוֹת ſuperbiæ.

Aliæ formæ nominum quinti ordinis.

גֵּאֶה ſuperbus קָנֶה calamus קָצֶה finis
רֵעֶה ſocius שָׂדֶה ager חָזֶה pectus
מֵעֶה uiſcus קָשֶׁה durus רָזֶה macilentus

Omnia nomina quæ deſinũt in he & ſægol, mutant in regimine ſægol in zere. Forma prima quę primam habet zere ſic facit plurale רֵעִים גֵּאִים Inuenitur etiã גְּאֵיוֹנִים Cũ affixis, רְעֵיהֶם רֵעָיו רֵעֶיךָ רֵעֲךָ Alia forma quæ conſtat camez & ſegol habet in regimine קְצֵה שְׂדֵה Cum affixis, שָׂדִי שָׂדֵהוּ שָׂדְךָ In plur. שָׂדִים & שָׂדוֹת קָצִים קָשִׁים Et in regimine קְצֵי שְׂדֵי & cum affixis, שָׂדֶיךָ שָׂדָיו שְׂדֵי שְׂדֵיהֶם Itẽ à נָכֶה fit plur. נְכִים claudi. Habet quoq; פָּנֶה facies hic locũ, etiamſi ſingulare eius nõ ſit in uſu, in plur. פָּנִים & in duali פָּנַיִם Porrò adiectiua mutant pro fœm. genere ſegol in camez, ut דַּוֶּה infirmus, דַּוָּה infirma, רָזֶה macer, רָזָה macilenta, &c.

Aliæ formæ nominum quinti ordinis.

מֵאָה centum שָׁנָה annus הָרָה grauida
פֵּאָה angulus שָׂפָה labium פָּרָה iuuenca
גֵּאָה ſuperbia מָנָה pars אָלָה execratio

Prima forma in regimine ſic habet פְּאַת In plur. מֵאוֹת פֵּאוֹת Cum affixis, פְּאָתוֹ & in plur. פֵּאֹתָיו.

Porrò

Porrò פְּאָה ſatū habet in plur. פְּאִים & גְּוָה cor
pus גְּוִיּוֹת corpora. Alia forma quæ cōſtat dupli
ci camez, non differt à forma דָּבָר niſi quod he
fœm. literam mutat in tau raphatū, ut שָׁנָה in re
gimine שְׁנַת cum affixis שְׁנָתִי In plur. שָׁנִים &
שָׁנוֹת In regimine שְׁנוֹת Sic שָׂפָה labium שְׂפָתְךָ
שְׂפַת שְׂפָתִי In plur. שְׂפָתוֹת in regimine שִׂפְתוֹת
שִׂפְתוֹתֵיהֶם שְׂפָתֶיךָ שְׂפָתָיו Cū affixis שְׂפָתַי &
& שִׂפְתֵיהֶם labia eorum, &c.

Aliæ formæ nominum quinti ordinis.

צֶמֶת	corona	אָחוֹת	ſoror
שֶׁקֶת	canale	חָמוֹת	ſocrus

Prima forma ſic mutat̃, צִמְתִי צִמְתוֹ. In plu. צְמָתוֹת
& in regimine צִמְתוֹת Sic שֶׁקֶת שִׁקְתוֹת Secun-
da forma ſic, אֲחוֹתִי ſoror mea, אֲחוֹתֵנוּ ſoror no
ſtra, אַחְיוֹת ſorores, in regimine אַחְיוֹת Item
חֲמִיוֹת & in regimine חֲמִיּוֹת ſocrus. Maſculi-
num uero ſororis eſt, אָח frater, אַחִים fratres, &
cum affixis אַחֶיךָ fratres tui, אַחַי & אַחַי fratres
mei, אֶחָיו fratres eius, אָחִיו frater eius, אֲחִינוּ
אַחֶיךָ אַחַי אֲחִיהֶם Item אַחֵינוּ אֲחֵיהֶם Eandem
ferè formam habet יָד manus, ut יָדִי יָדֶיךָ יָדָיו
יָדַיִם יָדֵנוּ יֶדְכֶם יָדִי יָדְךָ יָדְךָ יָדוֹ יָדֶיךָ יְדֵיהֶם
In regimine ſingulari יַד & in plurali יְדֵי &c.

Porrò אָב pater, quod huius quoque eſt ordinis, ſic mutatur אֲבִי הָעַמִּים pater populorum. Et cum affixis אֲבִינוּ אָבִיו אָבִיךָ אָבִי אָבִיהָ אֲבִיכֶם אֲבִיהֶם In plur. אָבוֹת Et in regimine אֲבוֹת Cũ affixis אֲבוֹתֶיךָ אֲבוֹתַי וַאֲבוֹתַי אֲבוֹתֵיכֶם אֲבוֹתֵינוּ אֲבוֹתָם &c. Inuenitur etiam in regimine ſingulari אֲב ſine iod.

Forma alia nominũ quinti ordinis.

רִי	irrigatio	צִי	nauis	עִי	aceruus
נִי	planctus	הִי	uę	אִי	inſula
כִּי	aduſtio	פִּי	os oris		

Hæc non inueniũtur habere mutationem niſi in plural. num. excepto פִּי Nam dicitur עִיִּים צִיִּים רִיִּים Porrò פִּי eſt conſtructiuum ab abſoluto פֶּה recipitq́ affixa in hunc modum פִּיו & פִּיהוּ os eius, פִּי pro פִּיִּי os meum, פִּיהֶם os eorum פִּינוּ פִּיכֶם In plurali פִּיּוֹת & פִּימִיּוֹת ora, פִּיּוֹתֶיךָ פִּיּוֹתָיו &c. Item שַׁי munus ſic mutatur, שַׁיְךָ שַׁיּוֹ In plurali שַׁיִּים Cum affixis שַׁיַּי שַׁיֶּיךָ שַׁיֵּיהֶם &c. Sic גַּי uallis, גֵּיוֹ גֵּיְךָ גֵּינוּ In plurali גֵּיִּים גֵּיָיו גֵּיַי גֵּיֵיהֶם Habet etiam nonnũquam ſuperaditam literã aleph, ut גֵּיא & גַּיְא & גֵּיא In plurali גֵּאָיוֹת & גֵּאוֹת

Forma

Forma alia.

עָב crassicies צַו pręceptum מָן manna
שַׁל error תָּו ſignum חַי uiuus
קַו regula גַּג tectum דָּם ſanguis

Quædam ex his inueniuntur mutari. In regimine ſingulari mutať camez in pathah. Cū affixis, דַּמְכֶם דָּמָם דָּמוֹ דַּמִי In plurali דָּמִים Cæterum גַּג habet in plur. גַּגּוֹת cum dages, & cum affixis in ſing גַּגּוֹ ſicut & à קַו dicitur קַוָּם norma eorum, Pſal. 19.

Alia forma nominum quinti ordinis.

בֵּן filius עֵץ lignum גֵּו corpus
שֵׁם nomen זֵר corona עֵט ſtilus

Hæc nomina habent zere quando proprium habent accentum, at cum iunguntur alijs dictionibus per uirgulam makaph, uertitur zere in ſægol, ut בֶּן־אִמּוֹ filius matris ſuæ. In regimine ſingulari non mutātur. Affixa in hunc modum ſubduntur: בְּנֵךְ & בִּנְךָ בְּנוֹ בְּנִי Sic שִׁמְךָ שְׁמִי & in pauſa שְׁמָם שְׁמֶךָ Porrò עֵץ lignum cum affixis non mutat zere, ſicut nec גֵּו עֵט זֵר Nam dicitur גֵּוִי corpus meum, Iſa. 50. גֵּוְךָ corpus tuum, עֵצוֹ lignum eius. In plur. עֵצִים ligna, בָּנִים filij שֵׁמוֹת nomina, & in regimine בְּנֵי שְׁמוֹת עֲצֵי

Cum

Cum affixis בָּנָיו בָּנַיִךְ שְׁמוֹתַיִךְ בְּנֵיהֶם עֲצָיו
שְׁמוֹתָיו Nota quod à בֵּן fuerat formãdũ fœm.
בָּנָה filia, at nun eliditur & he mutatˀ in tau,quod
in affixorũ ſubiunctione habet dages,ut בַּת filia,
בִּתְּךָ filia tua,בִּתִּי filia mea.In plur. בָּנוֹת filiæ,
quod eſt regulare, בְּנוֹתַי filię meę,&c.

Aliæ formæ nominum quinti ordinis.

צָבָא exercitus גֶּבֶא fouea כֶּלֶא carcer
צָמָא ſitis פֶּלֶא miraculũ טֶנֶא caniſtrũ
Prima forma in regim. ſic mutatˀ, צְבָא מַלְאָכִים
exercitus angelorũ. Cũ affixis, צְמָאִי ſitis mea,
צְמָאֲךָ ſitis tua.In plurali צְבָאוֹת In regimine
צִבְאוֹת Cũ affixis, צִבְאוֹתֶיךָ צִבְאוֹתָם צִבְאוֹתָיו
&c. Altera forma in regimine ſing.non mutatˀ.
Cũ affixis, גִּבְאוֹ פִּלְאִי ſicut בֶּגֶר in perfectis. Itẽ
טַנְאֲךָ ſporta tua,ſicut מֶלֶךְ Porrò חֵטְא pecca
tũ,retinet primũ ſegol,ut חֶטְאוֹ ſed quod uide-
tur eſſe de forma חֲלֵב de qua ſuprà in perfectis.
In plur. בְּלָאִים רְשָׁאִים חֲטָאִים & in regim. בִּלְאֵי
פִּלְאֵי Cum affixis פִּלְאֵיכֶם miracula ueſtra.Inue
nitur etiã חַטָּא & חַטָּאת In regimine חַטַּאת Cũ
affixis חַטָּאתִי In plur. חַטָּאת peccata. Alia for-
ma,קְרָאת occurſus,in regimine,קְרַאת Cũ affi-
xis לִקְרָאתְךָ in occurſum tuum. Item alia forma
מלא

מְלֹא plenitudo, מְלֹאָהּ plenitudo eius.

Aliæ formæ nominum quinti ordinis.

גֹּמֶא iuncus רַכָּא contritus נָשִׂיא princeps
סֹבֶא potatio קַנָּא zelotes קָרִיא inuitatus

In regimine נְשִׂיא חַטָּא גֹּמֶא Cũ affixis נְשִׂיאוֹ רַכָּאוֹ גָּמְאוֹ In plur. נְשִׂיאִים רַכָּאִים גְּמָאִים Et ab עֹמֶא inuenitur plur. עֲמָאִים quieſcēte aleph. Inuenitur etiam מְרִיא pinguis in ſtatu abſoluto, & in plur. מְרִיאִם Item alia forma כִּסֵּא ſolium, cũ dages, abijcit tamen dages in plurali & quando ſubijciuntur affixa, ut כִּסְאֲךָ כִּסְאוֹ & in plur. כִּסְאוֹת כִּסְאוֹתָם Et fœmininũ מְלֵאת plenitudo, מְלֵאתִי plenitudo mea, מְלֹאוֹת plenitudines.

DE NOMINIBVS SEXTI ORDINIS.

Habet & hic ordo uarias formas nominũ maſc. & fœminini generis, ut patebit ex infrà notatis exemplis:

מָעוֹז	robur	מֵסַב	circuitus
מָתֹם	perfectio	מֵצַר	anguſtia
מָחוֹל	chorus	מֵצַל	obumbratio

Mutatio primæ formę talis eſt, מָעֻזִּי מָעֻזְּכֶם מְחוֹלוֹת מְחוֹלֲנוּ ubi quies ſcribitur loco dages Inuenitur etiam מָסָךְ in regimine, מָסַךְ tento-

D rium,

rium in plurali מְסַבִּים Alia forma ſic mutatur, מְסִבּוֹ מְסִבִּים Item מְצָרִים מְצָרֵי &c.

Aliæ formæ.

מֶשֶׁק	diſcurſus	מֹרֶג	teneritudo
מֶכֶס	ſupputatio	מֹעַל	exaltatio

Licet iſtę formę nō inueniantur ſub aliqua muta tione, poſſunt tamen ſecundū formas priores ſic mutari in plur. numerum, מַרְבִּים מְשַׁקִּים Inue nitur etiam מַשְׁק & in conſtruct. מַשְׁק

Aliæ formæ.

מְגִלָּה	uolumen	תְּפִלָּה	oratio
מְגִנַּת	protectio	תְּהִלָּה	laus

Hęc nihil mutant, niſi quod he uertunt in tau raphatum. Quando uero altera non eſt dageſſabilis mutatur hirec in zere, ut מְאֵרָה maledictio, מְגֵרָה ſerra. à גָּרַר ſerrauit.

Aliæ formæ.

תֶּבֶל	confuſio	רִבָּה	detractio
תֶּמֶס	liquefactio	מִלָּה	dictio

Prima forma quæ conſtat quinq; pūctis, non inuenitur ſub aliqua mutatione. Altera forma ſolū mutat he in tau, ut גִּזַּת גִּזָּה uellus, נִדָּה נִדָּתָהּ menſtruum eius: זִמָּה & in plurali זִמּוֹת cogitationes, Porrò מִלָּה habet in plurali מִלִּים

&

& מִלּוֹת ſermones. חִטָּה quoque habet in plur. חִטִּים triticum. Eiuſdem formę eſt גֵּרָה ruminatio. Huc quoq; pertinent סֻכָּה tugurium, חֻקָּה ſtatutum, גֻּלָּה peluis, &c.

Alia forma

תֹּם	perfectio	קֹר	frigus	חֹם	calor
עֹז	robur	עֹל	iugum	כֹּל	omnis

Cum affixis mutatur holem in kybuz ſequēte dages, ut תֻּמִּי perfectio mea, עֻזּוֹ fortitudo eius, עֻלּוֹ iugum eius כֻּלִּי totus ego, כֻּלְּכֶם omnes uos. Item cum ֳ: ut עָזִּי robur meum.

Alia forma.

דַּל	pauper	חַם	calidus	טַל	ros
דַּק	tenuis	זַךְ	purus	הַר	mons

Hæc nomina promiſcue inueniuntur, aliquādo ſub pathah & aliquando ſub camez. In plur. uero mutant regulariter camez in pathah propter ſequens dages, niſi altera eſſet gutturalis, ut זַלִּים procellę, גַּנִּים horti, הָרִים mōtes, צָרִים hoſtes. Sic אַף אַפִּי ira mea, עַם עַמִּי populus meus, itē רַב multus, רַבָּה multa.

Alia forma nominum ſexti ordinis.

קֵן	nidus	חֵץ	ſagitta	אֵם	mater
חֵן	gratia	קֵץ	finis	לֵב	cor

שֵׁן dens עֵת tempus נֵס ſignum
Hæc nomina habent ſægol quãdo per makaph alijs adhęrent dictionibus, ut שֶׁן־כֶּלַע dens petrę. Cum affixis & in plur. mutant zere in hirec, dageſſaturq; altera radicalis, ut קִנִּים nidi חִצְּךָ ſagitta tua, שִׁנַּיִם dentes, עִתּוֹת tempora, לִבּוֹת corda, אִמּוֹת matres, חִצָּיו ſagittæ eius.

FORMAE QVEDAM NOMINUM ſeptimi ordinis.

מַצָּה	contentio	תּוֹרָה	lex
מַסָּה	tentatio	תּוּגָה	mœror
מַכָּה	cedes	מוֹצָא	exitus
מַשָּׂא	onus	מוֹרָא	timor

Prima forma abijcit nun primã radicalem & dageſſat alterã, & mutatur ſic, מַכָּתִי מַכָּה מַכּוֹתֶיךָ מַכּוֹת Sic מַשָּׂא in plur. מַשָּׂאוֹת Inueniuntur etiam ſub hac forma quædã maſculina, ut מַטֶּה baculus, in plur. מַטִּים & מַטּוֹת Sic מַכֶּה plaga & percutiẽs. Item in fœm. מִטָּה lectus ſeu reclinatorium. Inuenitur quoq; מַצּוּה contentio. Altera forma mutat iod primã radicalẽ in uau quieſcentem, & quę deſinũt in he ſunt fœminina, mutanturq; ut talia, quę autem in aleph exeunt, ſunt maſc. ut מוֹרָאִים מוֹצָאִים Inuenitur etiam

הרשית

תּוּשִׁיַּת firmitas, à יָשַׁת & תּוּפִין coctio, ab אָפָה. In plur. תּוּפִינִים coctiones.

FORMAE QVAEDAM NOMInum octaui ordinis.

גַּנְזַךְ	theſaurus	אַבְנֵט	baltheus
שַׂרְעַפּ	cogitatio	בַּרְזֶל	ferrum
גַּרְגַּר	granum	פַּרְדֵּס	paradiſus
אַרְגַּז	arca	חַרְמֵשׁ	falx

Hęc diſſimiliter faciunt plur. numerum. Nam inuenitur גַּנְזַכִּים theſauri, גַּרְגְּרִים grana, שַׂרְעַפִּים cogitationes, פַּרְדֵּסִים paradiſi, בַּרְזִלִּים ferra cuius tamen ſing. ponitur בַּרְזֶל cum ſægol, ſicut & בַּרְזִלֵּי גַּרְזְנֵי כַּרְמֶל ſpica plena, גַּרְזֶן ſecuris, Itē טִפְסָר habet in plur. טִפְסְרִים duces. Et quæ in hirec deſinunt nullam admittūt mutationem, ut שַׁרְבִיט uirga, כַּרְמִיל coccinum.

Formæ aliæ.

סְפָרַד	hiſpania	כַּפְתּוֹר	ſphærula
סְמָדַר	labruſca	חַרְגֹּל	locuſta
חֲנָמַל	glacies	רַפְסֹד	ratis lignorū
עֲרָפֶל	caligo	קַרְסֹל	crus
חַלָּמִישׁ	ſilex	חַרְצֹב	uinculum
עֲטַלֵּף	ueſpertilio	גַּלְמוּד	ſterilitas
חֲבַצֶּלֶת	roſa	קַרְדֹּם	bipennis

Quę in primo ordine ſcribuntur, raro inueniuntur admittere mutationẽ. A primo uocabulo fit nomen gentile סְפָרַדִי Hiſpanus. Et penult. facit plur. עֲטַלֵּפִים ueſpertiliões. Quę uero in ſecũdo ordine ſcribunt, ſimpliciter adijciũt affixa & terminationem plur. & quædam dageſſant ultimã, ut חַרְטֻמִּים incãtatores, חַרְצֻבּוֹת colligationes כַּפְתֹּרִים noduli, &c. Item בְּדֹלַח habet in plur. בְּדֹלָחִים & cum affixis בְּדָלְחִי bdelliũ meum. Et פִּלֶגֶשׁ concubina, in plurali פִּלַגְשִׁים Cum affixis פִּלַגְשִׁי &c.

Nomina quinq; literarum.

אַרְגָּמָן	purpura	צְפַרְדֵּעַ	rana
אֲגַרְטָל	phiala	שַׁעַטְנֵז	ueſtis mixta

In plur. צְפַרְדְּעִים אֲגַרְטָלִים אַרְגְּמָנִים &c.

Tantum de nominibus.

DE TERTIA

PARTE ORATIONIS, QVAM HEBRAE מִלָּה uocant,& comprehendit præpoſitiones,aduerbia & coniunctiones.

Catalogus præpoſitionum.

אֶל	ad	נֶגֶד	coram	עִם	cum
עַל	ſuper	לִפְנֵי	ante	בְּעַד	pro
מִן	à ab	נֹכַח	èregione	תַּחַת	pro
אֶת	cum	לְעֻמַּת	contra	בַּעֲבוּר	ꝓpter
בְּלֹא	abſq;	לְפִי	ſecundum	אֵצֶל	iuxta
בִּגְלַל	propter	לְמַעַן	propter	בֵּין	inter
חוּץ	extra	סָבִיב	per circuitū	אַחַר	poſt
עֵבֶר	trans	הָלְאָה	ultra	לְבַד	præter

Ex his multæ ſuſcipiunt affixa in hunc modum. אֶל in affixorum ſubiunctione mutat ſægol in zere per formā nominum pluraliū,ut אֵלַי ad me, אֵלֶיךָ ad te,אֵלָיו ad eum.In ſubiūctione uero הֶם & כֶם mutatur zere in ־ֲ ut אֲלֵיהֶם ad eos. Idem ſentiēdū de עַל niſi quod pathah mutatur in camez uocem magnā,ut עָלַי ſuper me, עָלָיו ſuper eū: עֲלֵיהֶם ſuper eos. Præpoſitio מִן aliquādo mutat hirec in ſægol,& ſuſcipit iod à fine,ut מֶנִּי אֹרַח de ſemita.Aliquādo citra muta

tionē

tionem ſuſcipit iod in fine,ut מִנֵּי אֶרֶץ de terra.
אֵת quādo eſt præpoſitio ualet idem quod עִם
cum,ſuſcipitq́; omnia affixa & mutat ſegol in hi-
rec,dageſſaturq́; tau, ut אִתִּי mecum, אִתְּכֶם uo-
biſcū,אִתָּם cum eis. בְּלֹא Hęc præpoſitio nul-
la recipit affixa,ſicut nec בִּלְתִּי nec בְּלִי quę idem
ſignificant.Idem ſentiendum de זוּלָתִי Eſt tamē
iod aliquando affixum. בִּגְלַל recipit affixa.
ut בִּגְלָלוֹ propter eum, בִּגְלָלְךָ propter te.
חוּץ Non recipit affixa, ſed literas à frōte ſer-
uientes,ut מִחוּץ לְחוּץ בַּחוּץ Item he locale, ut
חוּצָה foras. עֵבֶר Non recipit affixa ſed lite-
ras ſeruiles,ut מֵעֵבֶר &c. נֶגֶד Recipit affixa
& literas ſeruiles, ut לְנֶגֶד בְּנֶגֶד Item נֶגְדִּי נֶגְדָּם
נֶגְדְּךָ נֶגְדּוֹ &c. לִפְנֵי Hęc præpoſitio recipit
omnia affixa ſub forma plur. abſoluti, ut לְפָנַי co
ram me, לְפָנֶיךָ coram te: at כֶם הֶם accedūt ſub
forma conſtructiua,ut לִפְנֵיהֶם ante eos.
נֹכַח Inuenitur cum literis ſeruilibus,ut לְנֹכַח cō-
tra,& cum uno affixo נִכְחוֹ contra ipſum,Exodi
14.ſed quod uidetur eſſe à נֹכַח alia forma.
לְעֻמַּת Ezech.3.inuenitur cum affixo mem, ut
לְעֻמָּתָם contra eos. בְּפִי & לְפִי Non inue-
niuntur cum affixis,ſed ſimpliciter preponūtur
nominibus,

nominibus,ut אִישׁ כְּפִי עֲבֹדָתוֹ uir ſecundũ miniſteriũ ſuum,Num.7. לְמַעַן Suſcipit omnia affixa,ut לְמַעֲנִי propter me, לְמַעַנְכֶם propter uos. סָבִיב Quando ſuſcipit affixa habet formam plur.maſc.aut fœm. ut סְבִיבָיו per circuitum eius, סְבִיבוֹתֶיךָ & סְבִיבֶיךָ per circuitũ tuũ.

הָלְאָה Non inuenitur cum affixis,ſed cum ל ſeruili litera,ut לְהָלְאָה לְדַמֶּשֶׂק ultra Damaſcũ. Alias plerumq; eſt aduerbium ut מִשָּׁם וָהָלְאָה hinc & ultra,primo Reg.10. עִם Quãdo affixa accedũt,ſuſcipit mem dages,ut עִמִּי mecum, עִמָּנוּ nobiſcum. בְּעַד Affixa ſubiunguntur in hunc modum, בַּעֲדוֹ circa ipſum, בַּעֲדָם circa eos, בַּעֲדֵנוּ circa nos. תַּחַת Duplex pathah pro duplici ſegol, & ob id dageſſatur tau quãdo adijciuntur affixa,ut תַּחְתָּיו pro eo, תַּחְתַּנִי ſubter me, תַּחְתִּי pro me, תַּחְתֶּנָּה pro ea, uel loco eius, תַּחְתֶּיךָ ſubter te. בַּעֲבוּר Recipit omnia affixa, ut בַּעֲבוּרִי propter me, בַּעֲבוּרֶךָ propter te, בַּעֲבוּרָהּ propter eam. אֵצֶל In affixorum ſubiunctione migrat zere in ſegol, ut אֶצְלִי iuxta me,אֶצְלָם iuxta eos,אֶצְלֵנוּ apud nos.

בֵּין Suſcipit omnia affixa,ut בֵּינִי וּבֵינֶךָ inter me & inter te; בֵּינֵיהֶם inter eos, בֵּינֵינוּ in-

E ter

ter nos. Et ſub forma fœm. בֵּינוֹתֵינוּ inter nos.

אַחַר & אַחֲרֵי Sine delectu prȩponuntur nominibus, ut אַחֲרֵי מוֹת poſt mortē. Affixa ſubijciuntur in hunc modū, אַחֲרַי poſt me, אַחֲרֶיךָ poſt te, אַחֲרֵיהֶם poſt eos. Et cum præpoſitione mem, מֵאַחֲרָיו de poſt ipſum. Capitur etiam nonnunq̄ aduerbialiter pro poſtquam. לְבַד Cū prȩpoſitione mem ualet prȩter, excepto, ut מִלְּבַד בָּנִים prȩter filios. Quādo uero ſubijciūtur affixa ualet ſolū, & dageſſat daleth. Nam radix eius eſt בָּדָד ut לְבַדִּי ſolus ego, לְבַדְּךָ ſolū tu, לְבַדְּכֶם ſolum uos, מִלְּבַדּוֹ præter ipſum.

DE ADVERBIIS.

ADuerbiorum quædam ſunt adiurationis, quædam admirationis, quædam congregationis, quædam comparationis, alia confirmationis, alia demonſtrationis, alia exceptionis, alia interrogationis, alia intenſionis, alia negationis, &c. Subſcribam catalogum ipſorum ut in calamum uenerint,

בֶּאֱמֶת	uere	יוֹתֵר	magis
אִם לֹא	niſi	אוּלָם	utiq;
אַל בַּל	non	אָמְנָם	profecto

לֹא	neq;	אֲבָל	enimuero
יַחַד	pariter	כְּכֵן	utiq;
יַחְדָו	ſimul	הֲלֹא	nonne
כְּאֶחָד	unà	אוֹי	uę
מִלְּבַד	excepto	הוֹי	heu
זוּלָתִי	præter	מָה	quàm
מְאֹד	ualde	לָמָה	quare
עַד מָתַי	uſq;quo	עַל מָה	ut quid
אֵיפֹה	ubi	מֵאַיִן	unde
אָנָה	quo	אֵי	ubi
מַדּוּעַ	cur	אַיֵּה	ubi
פֹּה פֹּא	hic	שָׁם	ibi
אַיִן אֵין	non	מִשָּׁם	inde
אַחֲרֵי כֵן	poſtea	מְעַט	modicum
כְּמוֹ	ſicut	עַתָּה	nunc
אָז אֲזַי	tunc	הַיּוֹם	hodie
אֶמֶשׁ	heri	אֶתְמוֹל	heri
שִׁלְשׁוֹם	nudiuſtertius	פֶּתַע	ſtatim
תָּמִיד	iugiter	עַד	donec
לִפְעָמִים	aliquando	מָתַי	quando
נָא	quæſo	אָנָּא	obſecro
הֵן	en	הִנֵּה	ecce
אוֹ	uel	אוּלַי	fortaſſis
פֶּן	ne forte	דִּלְמָא	forſan

שֶׁמָּא	forſitan	אֵיךְ	quomodo
אֵיכָה	quomodo	אֵיכָכָה	quomodo
הֵיךְ	qualiter	כַּמָּה	quot
כֹּה	illuc	לוּ לוּא	utinam
כֹּה	ſic	כְּבָר	iam
מָחָר	cras	מָחֳרָת	in craſtinū
פִּתְאֹם	repente	בֹּקֶר	mane
עֶרֶב	ueſpere		

Ex his aduerbijs paucula ſunt quę recipiūt affixa nempe זוּלָתִי אַיִן כְּמוֹ אַיֵּה הִנֵּה ut זוּלָתְךָ prę‐ter te, אֵינִי non ego, אֵינְךָ non tu, כָּמוֹנִי ſicut ego, כָּמוֹךָ ſicut tu, אַיֶּכָּה ubi tu, הִנְנִי ecce ego, הִנְּךָ ecce tu. Cęterum aduerbia gentilia fiunt ex adiectiuo fœmin. ut אֲרָמִית Syriace, רוֹמִית Rhomane, יְהוּדִית Iudaice, &c.

De Coniunctionibus.

Habent Hebręi unā coniunctionem copulatiuā, qua & frequentiſſime utūtur, nempe uau, de qua litera ſuprà in elementario nōnihil diximus. Sunt & alię quędam paucę, ut אֲבָל ſed, אוֹ uel, aut. כִּי quoniam, quia, ergo, לְמַעַן quatenus, אִם ſi, אַף עַל פִּי tāetſi, quāuis, יַעַן eò, propterea, &c. Hęc qn̄ coniunctiue accipiunt́ non admittunt affixa.

Hęc de tertia parte orationis.

De

DE ABBRE-
VIATVRIS HEBRAICIS.

PRo puro hebraiſmo intelligēdo hęc quę hic de abbreuiaturis adijcimus nō ſunt neceſſaria, ſed propter commētaria & Rabinorū ſcripta nō ſunt omittēda. In ſacris enim 24. libris piaculum eſſet unam ſubtrahere literam, niſi fortaſſis in ſacro nomine dei, quod Hebręi plerumq; honoris gratia corrupte ſcribunt, puta יְחוָֹר aut יְיָ pro יְהוָֹה putātes ſacro nomini integre ſcripto illuſionem fieri, ſi codex non omnibus modis mūde tractet. Vocant autem Iudęi ueras abbreuiaturas רָאשֵׁי תֵיבוֹת id eſt, capita ſeu initia dictionū. Dico ueras, quia ſolent & in alijs dictionibus plerumq; ultimam truncare literam, & penultimam ſignare una uirgula ſupra erecta, ut אנשי' pro אֲנָשִׁים uiri, מלכ' pro מַלְכָּה regina, ארצו' pro אֲרָצוֹת terrę. Et de his nulla eſt difficultas. Nam litera reiecta facile in memoriam reuocabitur ex tenore ſententię, ut מתחילה עד סו' à principio uſque ad finem, סו' pro סות Sic מער' עד בקר à ueſpera uſque mane, ubi בקר indicat מער' non accipiendum

piendũ pro מערל aut מערך ſed pro מערב Ex tenore inquam ſententię litera eſſentialis abiecta deprehenditur. Literę uero ſeruiles aut ſuperadditę ex uocis diſpoſitione cognoſcuntur, ut oſtendimus de אנשי׳ At ueræ abbreuiaturæ ſunt, in quibus ſingulę literę ſingulas deſignãt dictiones. Et hæ proprie uocantur ראשי תיבות id eſt, capita dictionum. Nam uſurpantur duntaxat initiales literę pro hoc officio. Et inter iſtas quędã ſunt communes, quibus ſcilicet ſcriptores ubiq; utuntur, alię ſunt priuatę, quorum uſus duntaxat eſt in priuatis locis, qualis eſt כל״ח pſalmis 118. & 137 ubi uſus eius eſt frequens, pro בי לעולם חסרו Sic Elias Leuites in libro Cantici, ubi multa ſcribit de חטף קמץ ſępe uocem illã breuiter in hũc modũ ח״ק deſignat. In alio libro neſciretur quid iſta abbreuiatura deſignaret. At communes abbreuiaturę ſunt, quę ubiq; locorũ in uſum ueniũt, quales ſunt ר״ל id eſt, רוצה לומר uult dicere, ע״ה id eſt, עליו השלום ſuper ipſum pax, ſiue qui eſt in pace. Signantur etiam plerumq; literę, pro literis aut numeris captę, duabus uirgulis, ut cũ א״ pro aleph litera aut pro numero unitatis capit: ſic quoq; nomina punctorũ & literarum & uocabula

Verę abbreuiaturę.

& uocabula barbara ſignantur duplici uirgula, ut אלף בית גימל item חירק חולם Et סאלינא ſalina, כרשטרש Chriſtus, &c. De his ſatis fuerit monuiſſe lectorem, iam ordine alphabetico ſignabimus abbreuiaturas communiores cum explicatione earum.

//

א

Aleph ſimplex primo idem ſignificat quod אחד unus uel אחת ut א׳ בפה וא׳ בלב Vnum in ore & aliud in corde. Alio modo ualet אמר dixit, & tūc nonnunquā adijcit mem, ut ויאמ׳ Et dixit. Porrò א״א primo ſignificat אמן אמן amen amē: deinde אדוני אבי dominus meus, pater meus. Et ſic Dauid kimhi ſæpe uſurpat in commentarijs א״א ז״ל פירש Dominus pater meus bonæ memoriæ expoſuit. Tertio capit pro אי אפשר id eſt, impoſſibile: ut א״א להשיג כבוד יי׳ Impoſſibile eſt ut apprehēdas gloriam dei. Item א״אכ idem eſt, quod אלא אם כן niſi quod ſit.

אב״ה

אמר ברוך הוא Dixit bn̄dictus ipſe, id eſt, deus.

אד״עה

אמר דוד עליו השלום Dixit Dauid qui eſt in pace. Sic

ce. Sic אאע״ה Dixit Abraham, qui eſt in pace.

א״ה

אָמַר הַפָּסוּק Dixit uerſus, ſcilicet biblicus.
Capitur etiā pro אפילו הכי etiamnum, adhuc.

א״כ

אַחַר כֵּן uel אַחַר כַּךְ poſtea, deinde.

אח״ז ל

אָמְרוּ חֲכָמִים זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה Dixerūt ſapientes quorum memoria eſt in benedictione.

א״י

אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל Terra Iſraël. Et cum literis ſeruilibus, בא״י in terra Iſraël, לא״י ad terram Iſraël,

אי״ה

אִם יַעֲזֹר יְיָ Si iuuerit dominus.

א״כ

אִם כֵּן Si ita, ergo, igitur, nota illationis.

א״כ י״ר

אָמֵן כֵּן יְהִי רָצוֹן Amen, fiat ſic ad placitum.

א״ל

אָמַר לוֹ uel אָמַר לָהֶם Dixit ei uel eis.

א״ה ת

אָמַר יְיָ uel אָמַר הַשֵּׁם dixit dominus deus:

א״ר

אָמַר רַבִּי Dixit magiſter ſeu rabbi.

אע״ג

אַף עַל גַּב Tametſi, quamuis.

אע״נע

אַבֶן עֶזְרָא נוחו עֵדֶן Aben Ezra (nomen eſt cuiuſdam docti rabi) cuius quies ſit paradiſus. Inuenitur etiam ſæpe לְדַעַת א״ע id eſt, iuxta opinionem Aben Ezra.

אע״פ

אַף עַל פִּי Licet, quamuis. Adijcitur aliquando caph in fine pro כֵּן ut אע״פכ quamuis ita ſit.

אפש׳

Valet אֶפְשָׁר Poſſibile eſt, ſed nō eſt raſe teboth, ſicut nec אפ׳ pro אֶפֶס nihil, quum in his ſolum ultima tollatur litera.

א״ר

אָמְרוּ רַבּוֹתֵינוּ uel אָמַר רַב Dixit rabi, uel dixerunt magiſtri noſtri.

אריב״ל

אָמַר רַבִּי יְהוֹשֻׁעַ בֶּן לֵוִי Dixit rabi Iehoſua filius Leui.

אשע״ה

אָמַר שְׁלֹמֹה עָלָיו הַשָּׁלוֹם Dixit Salomo, pax ſuper eum.

ואת׳

וְאִם תֹּאמַר Et ſi dicas, uel obijcias.

באת בש

Hic primum beth eſt ſeruile. Intelligimus autem per את בש conuerſionem alphabeti, quando ſci licet aleph capitur pro tau & ecōuerſo, beth pro ſchin & econtra, gimel pro res, &c. ut Ierem. 51. שֵׁשַׁךְ pro בָּבֶל

בא

בֵּית אָב uel בֵּית אָבִי domus patris mei.

בב

בְּבַיִת in domo, & in conſtructione בְּבֵית

בד

בֵּית דִין Domus iudicij, conſiſtorium.

בדא

בְּמָה דְבָרִים אֲמוּרִים Quibus uel qualibus uerbis dicta ſunt.

בגה

בִּגְבוּרַת יְיָ Cum auxilio uel fortitudine domini

בדה

בְּדִבְרֵי הַיָּמִים In uerbis dierū, id eſt, in Paralippomenon libro.

בה

בֵּיאוּר הַמִלָּה Declaratio ſeu expoſitio dictionis. Item idē quod בֵּית הַכְּנֶסֶת ſynagoga, ſchola, locus,

la,locus ubi congregetio populi cõuenit.Itẽ בֵּית הִלֵּל familia Hillel,uiri ſcilicet cuiuſdã celebris. Itẽ בֵּית הַמִּקְדָּשׁ domus ſanctuarij. Capitur etiã pro בְּעֶזְרַת הָאֵל auxilio dei.

חבק׳ר

בַּר הַקֹּדֶשׁ רַבִּי Filius ſanctitatis,rabbi.

חבח׳

הַבַּעֲלֵי חַיִּים Habentia uitam,animalia.

ב״ו

בָּשָׂר וָדָם Caro & ſanguis, mortalis homo. In eodem ſignificato ſcribitur בו״ר

בי׳

בַּיִת Domus,cum ſimplici uirgula.

במ״ש

בְּמִלּוֹת שׁוֹנוֹת Cum dictionibus uarijs. Hac ab breuiatura frequentiſſime utitur Dauid kimhi in commentarijs ſuper prophetas.

בנ״לך

בָּרוּךְ נוֹתֵן לַיָּעֵף כֹּחַ Benedictus qui dat laſſo uirtutem. Scribitur hic uerſiculus Iſaię quadrageſimo,& ſolent eum Hebræi ſcribere in fine librorum.

ב״עה

בְּעֶזְרַת הָאֵל Cum auxilio dei.

בע'הז

בְּעִנְיַן הַזֶּה In negocio iſto.

ב'ר

בְּרֵאשִׁית רַבָּה Geneſis magna. Eſt liber quidam ſcriptus ſuper Geneſim.

ב'רזל

בְּמַאֲמַר רַבּוֹתֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה In ſermone magiſtrorum noſtrorũ, quorum memoria in benedictione eſt.

ב'ש

בֵּית שַׁמַּאי Domus ſeu familia Samai. Fuit hic Samai uir celebris apud Iudęos.

מ'ג'

Scribitur & מגזי'. & ualet מִגְּזֵירַת ex ordinatione ſeu decreto. Sic בג'רה idem quod בגזירת האל ex diſpoſitione & fato dei.

ג'כ

גַּם כֵּן Etiam ſic, quin &, ſimiliter.

ג'ע

גַּן עֵדֶן Hortus uoluptatis, paradiſus. Capitur etiam pro גִּלּוּי עֲרָיוֹת denudatione uerendorũ.

מג'ש

מִגְּרַסַּת שְׁמוּאֵל Ex doctrina Samuēlis.

//

ד״א

דָּבָר אַחֵר Verbum aliud, expoſitio alia.

ד״ה

דִּבְרֵי הַיָּמִים Verba dierum, liber Paralipp.

ודי״ל

וְדַי לַמֵּבִין Satis eſt intelligenti.

ד״מ

דֶּרֶךְ מָשָׁל Via parabolę, per modum ſimilitudinis.

ד״עה

דָּוִד עָלָיו הַשָּׁלוֹם Dauid, ſuper eum pax.

ד״ת

דִּבְרֵי תוֹרָה Verba legis, ſubaudi, Moſaicæ,

//

הה״ד

הַיְינוּ הַךְ דְּאָמְרִינַן Iuxta quod diximus. Aliq̄n idem eſt quod הוּא הַדָּבָר Hęc eſt res ipſa.

ה״ה

הוּא הַדִּין Hoc iudicium. Simplex uero he ſignificat יְיָ dominum, uel הָאֵל deum.

הא״ע

הֶחָכָם אֶבֶן עֶזְרָא Sapiens Aben Ezra.

חב״ה

הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא Sanctus benedictus ipſe.

חב״עח

הַבַּעֲלֵי חַיִּים Habētia uitam, animalia. idem חב״ח

חו׳

הוּא ille. Sic הי׳ pro הִיא ipſa. Et הב״ב pro הַכָּבֵד graue, oneroſum.

הו״לל

הָיָה לוֹ לוֹמַר Fuerat ei dicendum.

המ״מ

הֵנָּה מִלִּים Iſti ſermones ſeu uerba.

המ״רא

הָיָה מָה דְּאָמַר Iuxta illud quod dixit.

הנב׳

Idem ſignificat quod הַנָּבִיא propheta

הנ״ל

הַנִּזְכַּר לְמַעְלָה Commemoratum eſt ſupra.

הנ״ר

Idem eſt quod הַנָּדִיב רַבִּי Ingenuus ſeu liberalis magiſter.

הק״

הַקָּדוֹשׁ Sanctus, ipſe ſanctus deus.

השי״

הַשֵּׁם יִתְבָּרַךְ Exaltetur deus. Item הַשֵּׁם יִתְעַלֶּה

Deus

Deus ſit benedictus. Sic loquūtur de deo cum il-
lius mentionem faciunt. De uiris uero ſanctis di-
cunt, עָלָיו הַשָּׁלוֹם Qui eſt in pace. Et de alijs ui
ris, זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה memoria eius ſit in benedi-
ctione.

וגו׳

Et aliquando ſcribitur וגומ׳ Cuius integrum eſt וְגוֹמֵר & cętera, quando ſcilicet uerſus aliquis reſcinditur & nō integre profertur, ſubiūgitur וגו׳ quod proprie ſignificat, & perfice.

ות״ה

וְהַיְינוּ הַךְ Et hoc eſt illud. Sic dicunt הַיְינוּ ipſum eſt, דְּהַיְינוּ quod eſt.

וי״ל

וְיֵשׁ לוֹמַר Et eſt dicendū. Sic reſpondent quum obiectum argumentum ſoluere contendunt.

וימ׳

וְיֵשׁ מְפָרְשִׁים Et ſunt exponentes.

וי״א

וְיֵשׁ אוֹמְרִים Et ſunt dicentes, hoc eſt, ſunt qui in hunc modum ſentiunt & loquuntur.

וית׳

וְיוֹנָתָן תִּרְגֵּם Ionathan uero interpretatus eſt.

וכו׳

וכו'

וְכוּלֵי & וְכָלֵי Et reliqua,& cætera.

ולד'

וּלְמֵבִין דַי Intelligenti autem ſatis eſt.

וכת"י

וְכֵן יוֹנָתָן תִּרְגֵם Et ſic Ionathan interpretatus (eſt.

ו"ל

וְלַמֵּד Et docuit, ול"ו idem quod וְלוֹמַר Et dicendum.

וצ"ע

וְצָרִיךְ עִיּוּן Indiget autem conſideratione.

//

ז"ב

זְמַן בַּמֶּה Quando, quo tempore.

ז"ל

זֶה לְשׁוֹנוֹ Hæc lingua eius, id eſt, gloſſa uel interpretatio eius. Valet etiam idem quod זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה memoria eius ſit in benedictiōe. Et in plurali זִכְרוֹנָם memoria eorum ſit in benedictione.

וצ"ל

זֵכֶר צְדָקָה לוֹ Memoria iuſticiæ ſit ei.

וז"ש

וְזֶה שֶׁאָמַר Et hoc eſt quod dicit. Et quando ſub iungitur he וז"שה ualet זֶה שֶׁאָמַר הַכָּתוּב או הפסוק

הַפָּסוּק Hoc eſt quod dicit ſcriptura uel uerſus biblicus.

ח״ו

חַס וְשָׁלוֹם Parce & pax. Sic loquũtur cum mentionem faciunt alicuius rei abſurdæ, ut מִינִים יַחְשְׁבוּ ח״ו שֶׁיֵשׁ שְׁתֵּי רְשׁוּיוֹת Hęretici opinantur, abſit & pax ſit, duo eſſe principia ſeu potentias diuinas.

הז״לב

חֲכָמֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה Sapientes noſtri, quorũ memoria eſt in benedictione.

וח״לב

חֵרֶם לְזָרִים בְּנָחָשׁ Anathema ſeu prohibitio ſit, alienis iuxta ſerpentem. Hac forma utuntur cum aliquem excommunicant.

י״א

יְיָ אֱלֹהִים Dominus deus. Capitur etiam pro יֵשׁ אוֹמְרִים Sunt qui dicunt.

י״ח

יוֹם הַכִּפּוּרִים Dies expiationũ. De quo in libro צְרוֹר הַמּוֹר ſic ſcribitur: בית אנשים ונשים וקטנים חייבים לחיות בבית הכנסת ויש תהוו׳ ארצרת ו׳ פעמים

י״ט

יוֹם טוֹב Dies bonus. Vocāt antem dies bonos, ſolennitates quas habent per annum prȩter ſabbatum, quas alio nomine מוֹעֲדִים uocant.

י״מ

יֵשׁ מְפָרְשִׁים Sūt qui exponūt uel interpretant̃.

י״ץ

יִשְׁמְרֵהוּ צוּרֵנוּ Cuſtodiat eū creator noſter. Sic יצ״ו eſt idem qđ ישמרהו צורי וגואלי Cuſtodiat eum formator meus atq; redemptor meus,

יר״ה

יָרוּם רוֹם הוֹדוֹ Exaltetur ſublimitas magnificētiȩ eius. Sic loquuntur de principibus & ſublimibus uiris.

ית׳

יוֹנָתָן תִּרְגֵּם Ionathan interpretatus eſt. Capitur etiam aliquando pro יִתְעַלֶּה exaltetur, & ſic loquuntur de deo. Idem ית״ע cum ain.

י״ש

יִמַּח שְׁמוֹ Deleatur nomen eius. Sed יש״ר capitur pro ישראל

כב

כַּל כַּךְ Tantum, adeò. Et וכ״כ eſt idem quod וְכָל כְּגוֹן Et omnia iſta.

ב״א

בִּי אִם Niſi,ſed.Item idem quod בִּי אֲשֶׁר Quandounũ. Sed באש׳ eſt idem quod בַּאֲשֶׁר quemadmodum.

ב״ג

כֹּהֵן גָּדוֹל Sacerdos magnus,põtifex. Item idem quod בְּגוֹן ſicut.

כד״א

בְּמָה דְאַתְּ אוֹמֵר Secundum quod tu dicis. Alij ſic interpretantur, בְּמָה דְאוֹמֵר ſecundum id quod ait.

בד׳

בְּמוֹ דְאָמַר Sicut dixit. Capitur etiam interdum pro כָּל דָבָר Omne uerbum.

בה״א

בֵּן הוּא אָמַר Sic ipſe dixit.

בה״ג

כְּהַאי גַּוְונָא Quemadmodum,ad inſtar.

כ״ז

כָּל זֶה Totum iſtud,omnia iſta.

כ״ל

כְּלוֹמַר Quaſi dicat. Scribitur etiam aliqñ כלו׳

כמ״ש

כְּמוֹ שֶׁאָמַר Secundum quod dixit.

כ״ש

כָּל שֶׁכֵּן Quanto magis. Et cũ aleph כשא״ idem quod כְּשֶׁאָמַרְתָּ Secundum quod dixiſti.

כ״ת

כָּתוּב Scriptum eſt, uel כְּתָב ſcriptura.

ל״א

לָשׁוֹן אַחֵר Lingua alia, expoſitio alia. Item capitur pro לְשׁוֹן אַשְׁכְּנַז lingua Germanica.

לא״י

לְאֶרֶץ יִשְׂרָאֵל Ad terram Iſraël.

לה״ר

לְמָה הַדָּבָר דּוֹמֶה Cui rei ſimile eſt.

לו״א

לְוָת אָמַר Propterea dixit, Ob id ait.

לי״ש

לְיִשְׂרָאֵל Iſraëli. Additur etiam nonnunquã res.

ולכ״א

וְלָכֵן אָמַר Et propterea dicit, Ob id ait.

לנ״

לְכָךְ נֶאֱמַר Idcirco dictum eſt, uel dicitur. Item ולנ״ eſt idem quod וְלִי נִרְאֶה Et mihi uidetur.

לס״ת

לְסֵפֶר תּוֹרָה Libro legis, uidelicet Moſaicę.

לעש״

לעש״

לְעֶרֶב שַׁבָּת Ad ueſperam ſabbati.

מ״מ

מִכָּל מָקוֹם Nihilominus,omnino.Iudęi germa
nice interpretãtur,abèr dennẽſt.Inuenitur quo-
que מ״מי pro מִסִפּוּרֵי מִלְחֲמוֹת יְיָ de narra-
tionibus ſeu hiſtorijs pręliorum domini.

מ״א

מִשְׁקָל אַחֵר Pondus aliud,forma alia.Significat
etiam librum aliquem qui uocatur מִדְרַשׁ אֲגָדָה
id eſt,homilia collectionis. Item eſt idem quod
אֶחָד מִכָּל de unoquoq;,de ſingulis.

מ״ד

מַן דְּאָמַר Quiſquis dixit:magis chaldaicũ q̃ He
braicũ.Et cum aleph מ״א idem quod מַה דְּאַתְּ
אוֹמֵר Id quod tu dicis.

מ״ה

מְאֹרַת הַגּוֹלָה Lumẽ captiuitatis.Sic uocãt quen
dam rabinum Gerſchom nomine,qui anathema
imprecatus eſt aperiẽti alienas literas. Vnde lite
ras ſigillatas ab extra ſic ſignant: דְּאָסוּר לְזָרִים
בְּחֵרֶם ר״ג מה״ג Prohibitum ſit alienis ſub anathe
mate rabi Gerſchom,qui lumen eſt captiuitatis.

מ"ט

מַן טַעֲמָא & Hebraice מַה טַעַם Quę ratio.

מ"ל

מִנַּה לַן Vnde nobis: more Chaldaico.

מלה"

מַלְכוּת הָרִשְׁעָה Regnum impietatis. Sic uocant regnum Macedonicum ſeu Gręcorum.

מל"הר

מָשָׁל לְמָה הַדָּבָר דּוֹמֶה Exemplum, cui rei aſſimilatur.

מנ"ל

מְנָא לַן Vnde nobis Chaldaice.

כמ"ר

כְּמוֹ מָרִי כְּמוֹ מוֹרֶה רַבִּי Sicut docet rabbi, uel רַבִּי Sicut dominus rabbi.

מ"ס

מִקְרָא קֹדֶשׁ ſolennitas ſeu conuocatio celebris.

מרע"ה

מֹשֶׁה רַבֵּינוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם Moſes magiſter noſter pax ſuper eum. Porrò מר' capitur pro מָרַת domina.

משק"

מִשְׁקָל Menſura, pondus, modus.

מ"ת

מַתַּן תּוֹרָה Datio legis, ב"מת in datione legis.

נ"א

//

נא

נא׳ נֻסְחָא אַחֶרֶת Codex alius. Et cum una uirgula נא׳ capitur pro נֶאֱמַר dicitur, שנא׳ quod uel ſicut dicitur.

נ״ל

נִרְאֶה לִי Videtur mihi. Item idem quod הַנִּזְכַּר לְמַעְלָה Memoratũ eſt ſupra, ſicut & הנז׳ capitur pro הַנִּזְכַּר memoratum eſt.

נמ׳

נָפְקָא מִנָּא Sequitur inde. Chaldaicum.

נ״נ

נִינְוֵה Niniue, ciuitas Aſſyriæ.

נע׳

נוחו׳ עֵדֶן Requies eius ſit paradiſus. Sic defunctorum recordantur.

נ״ר

נִרְאֶה Videtur, putatur.

//

סא

סֵפֶר אַחֵר Liber alius, בס״א In libro alio;

ס״ל

סְבָרָא לֵיה Opinatur ille, opinio illius eſt.

ס״ד

סָלְקָא דַּעְתָּךְ Aſcendit in mentem tuam.

סׄפ

סוֹף פָּסוּק Finis uerſus, ſcilicet biblici. Et סוֹ׳ capitur pro סוֹף fine.

סׄת

סֵפֶר תּוֹרָה Liber legis. Capitur etiam quandoq; pro סוֹף תֵּיבוֹת fine dictionum.

עאבו״

עַל אַחַת כַּמָּה וְכַמָּה Vnum ex tot & tot. Vt לא רָצָה לְדַבֵּר הַשֶּׁקֶר עאבו Noluit loqui falſitatẽ, etiam nec unum ex multis.

עׄא

עִנְיָן אַחֵר Res alia, negocium aliud, ſignificatio alia.

עׄג

עַל גַּב מִזְבֵּחַ In ſuperficie altaris.

עׄד

עַל דֶּרֶךְ Per modũ, iuxta uiam,

עדׄמ

עַל דֶּרֶךְ מָשָׁל Per modũ parabolę ſiue exẽpli.

עׄה

עָלָיו הַשָּׁלוֹם Super eum pax. Significat etiã aliqñ idem qđ עִנְיָן הַזֶּה Res iſta, negociũ illud. Item nõnunq̃ capit̃ pro עוֹלָם הַזֶּה id eſt, mundo iſto, ut תַּעֲנוּגֵי העה״ז uoluptates huius mundi.

ע״ז

עֲבוֹדָה זָרָה Cultus alienus, cultura idolorum.

ע״י

עַל יְדֵי Per manus, per, mediante. Et cũ adiectio-
ne mem ע״ימ id eſt, עַל יְדֵי מוּקְדָם Per manus
primum uenientis.

ע״כ

עַד כַּאן Hactenus, hucuſq;. Inde ע״כ״פ idem qđ
עַל כַּאן פֵּירוּשׁוֹ Hactenus expoſitio eius. Facit
etiam interdum עַל כֵּן ideo, idcirco.

ע״כ״ז

עִם כָּל זֹת Cum toto iſto, omni iſto modo.

ע״כ״ל

עַד כַּאן לְשׁוֹנוֹ Hucuſq; expoſitio eius.

ע״מ

עַל מִשְׁקָל Iuxta pondus, ſecũdum formã. Item
idem quod עַל מְנַת hac conditione. Capitur &
tertio pro עָרֵל מְשׁוּקָץ falſario deteſtando.

ע״ש

עִם שָׁלוֹם Cum pace, uel cum ſalute.

עמ״י עש״ו

Integer uerſiculus pſal. 103. deſignat hac abbre-
uiatura, nẽpe עֶזְרִי מֵעִם יְיָ עוֹשֵׂה שָׁמַיִם וָאָרֶץ
Auxilium meum à domino, factore cœli & terrę.

H עם

עׄפׄ

על פי Iuxta iudicium uel ſententiam. Item iuxta interpretationem ſeu declarationem.

עׄצׄ

על צד Secundum latus, ex parte, per.

עׄשׄ

ערב שבת Veſpera ſabbati. Valet etiā idē quod על שום eo q͂, ob id. & idem q͂d עיין שם uide ibi.

פא

פירוש אחר Expoſitio ſeu interpretatio alia. Itē פי' accipitur pro פירוש commentario.

פׄקׄ

פרק קמא Caput primū. In Thalmud ſic loquū tur.

פרׄשׄי

פירוש רבינו שלמה ירחיי Expoſitio magiſtri noſtri Salomonis Iarhij.

וצע

וצריך עיון Et opus eſt aduertentia. Sic צׄבׄצׄעׄב accipitur pro צריך עיון בשורש Opus eſt ſcrutinio pro fundamento.

צׄלׄ

צריך לומר Neceſſe eſt ut dicas.

קק

//

קק

קְהִלַּת קוֹדֶשׁ Eccleſia ſancta, cōgregatio ſancta.

ק״ו

קַל וְחוֹמֶר Facile & difficile, leue & graue. Capiūt autem plerumq; pro argumēto a minore ad maius.

ק״ל

קַיְימָת לָן Eſt confirmatio nobis. Item ſimplex ק׳ capitur pro קֻשְׁת quæſtione difficili.

ק״ש

קְרִיאַת שְׁמַע Lectio, Audi. Sic loquuntur de ſexto cap. Deut. in quo habetur, Audi Iſraël, dominus deus tuus unus eſt.

ר׳

רַבִּי Rabbi, uel ut alij uolunt רִבִּי ribbi, magiſter. Iudęi moderni ſcribunt contra omnem grammaticam רַבִּי dageſſato beth poſt ſcheua mobile. Itē quando adijcitur aleph רא׳ facit ראש caput.

ר״ר

רִבּוֹן דְעוֹלָם Dominus mūdi: more Chaldaico.

ר״ד

רַבִּי דָוִד פֵּירוּשׁ Rabbi Dauid expoſitio.

ראבע

רַבִּי אַבְרָהָם בֵּן עֶזְרָא Rabbi Abrahā filius Ezra.

רה

רֹאשׁ הַשָּׁנָה Caput ſeu initium anni. Item idem quod רְשׁוּת הָרַבִּים licentia multorum.

רזל

רַבּוֹתֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה Rabbini noſtri, quorum memoria in benedictione eſt.

רל

רוֹצֶה לוֹמַר Vult dicere, & in prima perſona, uolo dicere. Sic loquuntur cum aliquid exponunt, ubi nos ſolemus dicere, id eſt.

ריבל

רַבִּי יְהוֹשֻׁעַ בֵּן לֵוִי Rabbi Iehoſua filius Leui.

רלבג

רַבִּי לֵוִי בֵּן גֵּרְשֹׁם Rabbi Leui filius Gerſom.

רעה

רַבֵּינוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם Doctor noſter qui eſt in pace, ſic loquuntur de Moſe.

רשי

רַבִּי שְׁלֹמֹה יַרְחִיי Rabbi Salomon Iarhij.

רת

רָאשֵׁי תֵיבוֹת uel רֹאשׁ תֵּיבוֹת Capita ſeu initia dictionum. Sic uocant abbreuiaturas.

//

שבר

שֶׁבֵּית דִּין Cum fuerit uel quando eſt domus iudicij, ſcilicet fiet hoc uel iſtud.

ש״ר

שְׁפִיכוּת דָּמִים Effuſio ſanguinum.

ש״י

שֶׁיְּהֵא Quod ſit quod erit. Item idem qđ שֶׁיִּחְיֶה qui uiuat.

ש״נ

שֶׁנֶּאֱמַר Quod dicitur. Idem שנא׳

ש״מ

שְׁמַע מִינָּה Audis hinc, uel auditum eſt ab ea.

ש״צ

שְׁלִיחַ צִבּוּר Nuncius communitatis.

שצ״ם חנ״כל

שַׁבְּתַאי צֶדֶק מַאֲדִים חַמָּה נוֹגַהּ כּוֹכָב לְבָנָה Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius. Luna.

ש״ל

שֶׁרוֹצֶה לוֹמַר Qui uult dicere.

ש״ת

שֶׁתִּחְיֶה Quę uiuat. Sic loquunť de muliere uiua.

//

ת״א

תַּרְגּוּם אַחֵר Interpretatio ſeu expoſitio alia.

ת״ח

תַּלְמִידֵי חֲכָמִים Diſcipuli ſapientum.

ת״י

תַּרְגּוּם יְרוּשַׁלְמִי Thargum Ieroſolymitanum. Capitur quoq; interdũ pro תַּרְגּוּם יוֹנָתָן tranſlatione Ionathæ.

ת״כ

תּוֹרַת כֹּהֲנִים Lex ſacerdotum, directorium.

ת״ל

תַּלְמוּד לוֹמַר Doctrina dicendo, uel diſcas ad diſcendum, uel ſcriptura dicit. Capitur etiam aliquando pro תְּהִלָּה לָאֵל id eſt, laus deo, ut אֲנוּ עוֹמְדִים ת״ל בְּמַעֲמָד טוֹב Stamus, laus deo, in ſtatu bono.

תנצב״עא

תְּהְיֶה נַפְשׁוֹ בְּגַן עֵדֶן אָמֵן Sit anima eius in horto uoluptatis, amen. Sic plerumq; claudunt Hebræi epitaphia ſua.

תנצב״ה

תְּהִי נַפְשׁוֹ צְרוּרָה בִּצְרוֹר הַחַיִּים Sit anima eius ligata in faſciculo uitæ.

ת״ר

תָּנוּ רַבָּנָן Docuerunt magiſtri noſtri. Chal.

Finiunt abbreuiaturæ.

DE ACCENTIBVS HEBRAICIS.

NOn habent Hebręi accentus nequ utũtur eiſdẽ niſi in ſacris uiginti quatuor libris. Et hi quidem tam ignoti ſunt illis, ut nihil ferè ſciant de eis, niſi quod ſacerdotes eorum iuxta illorum ſignationem lectiones ſabbatinas cantillant. Vnde notandum, Hebręos triplicem habere accentum, grammaticum, rhetoricum & muſicum. Grammaticum uocant טעם guſtũ, nam eum cuiuslibet dictionis prolatio requirit, quo uox reſonet eminẽtior. Rhetoricum uocãt מתג retinaculum ſeu frenum, quo dictio ornate pronunciatur. Porrò muſicum appellant נגינה id eſt, harmoniã, nam per eum dictiones quadam modulatione proferuntur. Grammatici accentus non habẽt aliquam propriam figuram uel ſignum in Biblia, ſed eorum loco ſucceſſerũt accentus muſici. Vnde ubicunque in dictione uideris ſyllabam aliquam tropo muſico ſignatam, ibi grammaticum accentum ſcias habere locum. Et ſatis quidẽ eſſet, ſi ille ſola erecta uirgula infrà uel ſuprà ſignata, exprimeretur, niſi Muſicorum cantillatio

Accẽtus grammaticus.

Rhetoricus.

Muſicus.

tillatio acceſſiſſet. Oſtendimus autem ſupra in fine uerborũ, quando accẽtus ſibi uendicet locũ in ultima aut in penultima, idq; per omnes ordines, modos & perſonas uerborum. Iam oſtẽdam ſuccinctis regulis, quando accentus cadat in ultimam aut penultimam ſyllabam nominum.

REGVLA.

IN diſſyllabis quum utraq; punctatur cum camez, aut prima cum ſcheua & ſecunda cum camez, zere, uel ſęgol, manet accẽtus in ultima, ut שׁוֹמֵר cuſtos, שְׁכֶם humerus, זְאֵב lupus, דָּבָר uerbum, קְרָב prelium, גֶּבֶר uir. Idem iudicium eſt de his, אִכָּר agricola, תֵּבֵל orbis, הֵיכָל palatiũ, כָּבֵד grauis, גַּנָּב fur, עִוֵּר cœcus. Quando uero utraque pũctatur cum ſęgol, aut prima cum ſęgol, & ſecunda cũ pathah, aut prima cum zere, ſecunda cum ſęgol aut pathah, cadit accentus in primam, ut עֵשֶׂב herba, מֵצַח frõs, צֶדֶק iuſticia, שֶׁבַע ſeptem. Manet proinde accentus in eo ſitu, quãdo uox ob terminum aut diſtinctionem ſententię in aliam migrat uocem, ut אָרֶץ in pauſa pro אֶרֶץ terra. Item accentus ferè ſemper cadit in ultimam, quando intra uocabuli radicem recipitur uau litera, ut שׁוֹפָר tuba אָכֻל deuoratus,

uoratus, גִּבּוֹר fortis, גְּבוּל terminus, חֲמוֹר aſinus. Item quando ultima dictionis eſt iod aut he fœm. litera, accentus cadit in ult. ut

שְׁבִיעִי	ſeptimus	בְּהֵמָה	iumentum
מִצְרִי	Aegyptius	חָכְמָה	ſapientia
שְׁלֹשָׁה	tres	אַהֲבָה	dilectio

Fœminina uero exeūtia in tau pręcedente ſęgol, habent accentū in penult. ut שִׁבֹּלֶת ſpica, אַדֶּרֶת pallium, כַּפֹּרֶת propiciatoriū. Quę uero in uth, ith, on aut ſuperadditum nun deſinunt, habēt accentum in ult. ut מַלְכוּת regnum, רֵאשִׁית initium, זִכָּרוֹן memoria, קָרְבָּן oblatio. Idem ſentiendum de his quę habent iod inter duas poſteriores radicales, ut צַדִּיק iuſtus, בָּצִיר uindemia. Et quę quatuor conſtant radicalibus literis, ut צִלְצָל cymbalum, זַרְזִית irrigatio.

Porro literæ hęemanthicæ ſignant accentum in ultima dictionis, niſi ipſa dictio deſinat in tau & ſægol, tunc cadit in penult. ut מִזְמוֹר pſalmus, מַתָּן donum. מַרְאֶה uiſio, מִשְׁפָּט iudicium, תַּנְחוּמוֹת conſolatio, מַאֲכֶלֶת enſis.

Vbi accentus ſignandi in nominibus habentibus affixa.

Hic una regula eſt notāda, nempe quod in omnibus nominibus ſing. & plur. numeri, habentibus

affixa, aecẽtus ſignandus eſt in ult. ſeu in ipſo affixo, ut דְּבָרִים uerba, דְּבַרְכֶם uerbũ ueſtrũ, דְּבָרָם uerbũ eorũ, דִּבְרֵיהֶם uerba eorũ, דְּבָרוֹ uerbum eius. Excipiuntur hęc affixa דְּבָרֵנוּ uerbum noſtrũ, דְּבָרֵינוּ uerba noſtra, דְּבָרָיו uerba eius, דְּבָרֶיךָ uerba tua; פְּנֵימוֹ facies eorũ, ubi accentus cadit in penult.

De ſitu accentuum in conſignificatiuis.

Accentus in cõſignificatiuis fermè ſemp cadit in ultimã, ut אֲנִי ego, אַתָּה tu. Excipiunt אָבֵן לָמָּה אֵלֶּה הֵמָּה אֶפֶס אָנָּה & pauca alia, in quibus accentus eſt millel, id eſt, cadit in penult. Eũ enim accentus ſitũ uocãt Hebręi chaldaico uocabulo מִלְעֵיל id eſt, ſupra, & ultimũ locũ מִלְרַע id eſt, infra. Quod nõ eſt intelligendũ, infra uel ſupra literã, ſed infra referendũ eſt ad finẽ dictionis; & ſupra ad penultimã eius ſyllabã, ſiue accẽtus ſcribatur ſupra literam ſiue infra. De uerborũ accentibus ſupra ſcripſimus ante initium nominum.

Quid millel & milra.

DE ACCENTV RHETORICO.

De hoc accẽtu Iohannes Capnion in hũc modũ ſcribit: Verſatur accẽtus rhetoricus circa dictiones, ornatus & ſuauitatis gratia, cõducẽs ad hoc

ut ſciatur

ut ſciatur quę ſyllabę lōgę uel breues ueniāt producendę. Vnde ab Hebręis מֶתֶג id eſt, retinaculum uocatur. Eſt enim artificioſa ſpiritus retētio. Debet namq; diſtincte ac ornate, ſiue loquēdo ſiue legendo ſyllaba longa produci, & uox ipſa aliquanto retineri. Quidam appellant eum מַאֲרִיךְ productorē, alij גַּעְיָא mugitum. Signat̄ autē hic accentus ſeu retinaculū per uirgulam, ſignatam ad literam producēdam. De qua Elias ſic ſcribit:

כאשר מגיעין על לחיי הסוס מתג להושיר בו
הליכת הסוס כן חקר הזה נקרא מתג להושיר בו
הקריאה ולהנעימה בטעמים ומאחרים את
נגינת הטעמי' שלא יבאו מהרה ויהרסו מקום
מצבם על כן הם באים תמיד קודם הטעמים
בתנועת אשר בראש התיבה או באמצע
אבל בתנועה האחרונה לא יבא מתג לעולם

Senſus eſt: Sicut adhibent mandibulæ equi frenum quo dirigatur inceſſus equi, ita uirgula iſta ueluti frenum dirigit lectionem & ornatam reddit eam per accētus, retinetq; tonum eorū ne uelociter proferantur & ſubuertatur locus firmitatis eorum. Vnde & uirgulę מְתָגִים ponunt̄ ſemper ante accētus ſub prima dictiōis uoce aut ſub media ſed nunquam ſub ultima. Eſt etiam peculia

re huic uirgulę, ut diſtinctionem faciat inter radices in literis communicantes, ut לֹא יְשֵׁנוּ אִם לֹא יָרִיעוּ Prouerb. 4. ubi mętheg ſub iod oſtendit literā radicalem eſſe iod, radicemq́ dictionis eſſe יָשַׁן & non שָׁנָה Idem iudicium eſt de וַיִּרְאוּ ubi uirgula repreſentat iod primam radicalē. Nam radix eſt יָרֵא & non רָאָה Et hic repetenda ſunt quæ ſupra de uocibus magnis & paruis ſcripſimus. Sūt autem uoces magnę, camez, holem, ſchurec, zere, & iod hirec. Et his in omni lectione earum eſt quędam tardatio, niſi accentus ad dictionē acceſſerit, ut שָׁמַר cuſtodiuit, ubi שָׁ non eſt producenda propter accētum grammaticum immediate ſequentem. Sin mediate ille accentus à uoce longa deſtiterit, ad eandem ſyllabā lōgam quandoq; ponitur retinaculum, ad indicandum quod eius prolatio eſt aliquantulum producēda, ut וְשָׁמַרְתָּ ubi accentus proprius in תָּ mediate diſtat à ſyllaba longa שָׁ ideo uirgula tarditatis ſignatur ad שָׁ Sic hic וּבֵרַכְתָּ permittit accentus in ultima tertiam ante ſe produci. Hic uero אוֹמֵרֶךָ nō permittit. Quemadmodum autem longæ ſyllabæ in oratione ſunt producendę, niſi obſtet exceptio, ita breues ſunt corripiendæ, ut

שָׁמַיִם media breui, niſi proxime ſequantur literę gutturales, tũc enim breuis quę precedit, pro ferẽdo extẽdit, ut יֶאֱסֹף cõgregabit, יַעֲשֶׂה faciet, ubi accẽtus grãmat. eſt in ult. & rhetoricus in prima. De hac re aduerte ſequentes regulas.

Prima regula.

Nulla principalis ſyllaba, quę cũ uoce magna ſcribitur, proxime ante ſcheua, eſt corripienda. Per principalem intellige eam, quę eſt prima ſubſtantialis, ut שָׁמְרוּ פִּינְחָס שׁוֹמְרִים יֵצְאוּ
Idem eſt iudicium de ſyllaba principali quam immediate ſequitur litera duplicata, quarum prima ſcribitur cum ſcheua, ut צִלְלוּ
Secunda: Syllaba tertia ante accentum grammaticum nunquam corripitur per hateph, ut קָעֳנָן אֲנֹכִי יִשְׂרָאֵל אַבְרָהָם Hęc & eius ſimilia, nõ patiuntur in principali ſyllaba productionis notam, quantumlibet poſt eam ſequatur in tertia ſyllaba grammaticus accentus. Et hęc regula etiam ueritatem habet in duabus dictionibus, quarum prior eſt מַסֵּת id eſt, in conſtructione ſequentis continuatiua, ut יִקַּח־לוֹ Idem eſt iudicium de his & eis ſimilibus exẽplis, מִשְׁנֵה־כֶסֶף יִסְלַח־לָהּ ubi poſt priorẽ dictionem ſequitur dictio encletica,

hoceſt,monoſyllaba,aut alia quæ acuitur in prima,continuata per makaph,id eſt, habens ſe ut recta ad regentē. In tali enim caſu,reijcitur prioris accentus in ſequentem encleticam.

Tertia: Literæ miniſteriales primariæ præcedentes unam ex his dictionibus, חיות & חיות patiuntur retinaculum,ut וַיְחִי אֲחַיֶּה יְחַיֶּה

Quarta: Literæ בכלם pręposite dictionibus a ſeruili litera incipientib. & quarū prima radicalis eſt gutturalis,ſignant cū retinaculo,ut לְמַעֲשֵׂר

Quinta: Omnis litera primaria præpoſita gutturali,patitur retinaculū,ut לַאֲנָשִׁים תַּחֲכְּמִים

Sexta: Prima ſyllaba non habet productionis notam, ſi eam ſequatur dages, ut חַטָּאתִי Secus ſi per interuallum ſequatur, ut הַחַטָּאת

Septima: Syllaba pręcedens punctū -: uel ·:· habet retinaculum,ut יַעֲקֹב

Octaua: Literæ accidentales præcedentes in adorationis uerbo,recipiunt retinaculum, ut וַיִּשְׁתַּחֲווּ

Nona: Litera he quum ut quęſitiuum uel admiratiuū ſignum pręponitur dictionibus,aut quum iungitur pręſenti tempori coniugationis grauis uel hiphil, ſolet habere retinaculum, ut הֶעוֹר אֲבִיכֶם

הַמְדַבֵּר Viuitne adhuc pater ueſter: אֲבִיכֶם חַי
Loquens, ubi etiam mem liquide profertur.
Elias addit he הַיְּרִיעָה facitq; diſcrimen tale inter ipſum & he queſitiuũ. Nam he הַיְּרִיעָה habet retinaculũ in latere ſiniſtro, ut הַמְבַסֶּרֶת ſed he quæſitiua litera habet uirgulam illam in latere dextro, ut הַמְבַסֶּרֶת num operit: Ratio huius diuerſi ſitus eſt, q᷑ metheg he haiedię eſt loco dages, & metheg he queſitiui eſt loco ſcheua:
Decima: Dictio habens accẽtum in prima, conſtructa cum ſequente per makaph, extendit primam per retinaculum, ut מֶלֶךְ־מִצְרַיִם Exodi primo.
Vndecima: Coniunctio uau ante iod literam fut. plerumq; habet retinaculum, niſi uerbum defectiuum deſinat in literam gutturalem, tũc enim non eſt capax retinaculi, ut וַיִּזְבְּחוּ וַיַּעַשׂ
Duodecima: Dictio מַה uel מָה quando unitur cum ſequenti incipiente ab una illarum אחי recipit retinaculum.
Decimatertia: Dictiones paruæ in quibus eſt iod in medio uel in fine, & continuant cũ ſequenti per makaph, recipiũt retinaculum, ut אֵין בִּי אִישׁ שְׁתַּיִם שְׁנֵי

Decima

Decimaquarta: Vau in fine dictionis, quæ per makaph cõtinuatur ad ſequentem, recipit extenſionis notam, ut אֵו־מֶלֶךְ

Decimaquinta: Nomen tetragrãmaton, quum continuatur ad ſequens per makaph, ſuſcipit retinaculum, ut יְהוָה־אֱלֹהֶיךָ

Decimaſexta: Zere & holẽ in fine dictionis continuatiuæ per makaph ſuſcipit retinaculum, ut בְּעֵינֵי־יְהוָה In oculis domini.

Decimaſeptima: Quando dictioni gutturali incipienti pręficitur una harum ſeruiliũ ב כ מ recipit in principio retinaculum, ut מֵהָר de monte, בָּעֵת in tempore.

Decimaoctaua: Omnis litera retinaculo ſignata habens ante ſe ſyllabam cum litera ſeruili, facit eandem ſeruilem ſyllabam produci, ut לַמְּחֲנֶה

Decimanona: Quando à principio poſt punctũ ſcheua ſequitur mox una gutturalium, patitur litera ſcheuata retinaculum, ut בְּהַרְרֵי אֱלֹהִים Sicut montes dei. Et uocatur tale ſcheua, quod ſcilicet ſequitur litera gutturalis, שְׁוָא חֲגַעְיָה id eſt, ſcheua hiatus uel mugitus.

ELIAS Vertitur nonnunquã מֶתֶג in accentũ miniſterialem, cõueniuntq; in una dictione rex & miniſter,

miniſter, zakeph ſcilicet caton & munah, ut ר. וְשָׁמַרְתָּ וְהָעֵצִים Sic quando cadma & azla in unam dictionem ueniūt, mutatur retinaculum in cadma, ut וַהֲבִיאוֹתִים נְאֻם Itē conſtat ex grāmatica, quod ſcheua illud quod uenit poſt uocē magnā ſit mobile, & ob id ſemper adijcit illi uoci magnæ retinaculū, ut יְבָרֶכְךָ פִּינְחָס שׁוֹפְטִים אֲמִירָה Interdum iſta uirgula etiā adijcit uocibus paruis quando ſtant loco uocum magnarum, ut גַּב לְךָ יִשְׁמְרֶךָ Et nōnūquam mętheg mutatur in munah, pręſertim quando ſequit zakeph katon, ut גֵרֹת Item ante literas gutturales hatephatas ſemper ponitur mętheg, ſiue uox illa ſit parua ſiue magna, ut וְשֶׁאֱלַת מֵאֲנוֹ יַעֲבוֹר Idē iudiciū eſt de his exemplis. תִּקְרַב וַתַּחַב בְּעֵינֵי בַּחֲרָבָם צְלָלָה Item aliquādo ueniunt in una dictione duo mętheg, ut הַכְּנַעֲנִי הַנַּעֲרָת & nonnunq̄ unum mutatur in miniſtrum, ut וַיְבָרְכֵם Inueniuntur quoq; dictiones quędam in quibus tria retinacula ſcribuntur. Sunt autem retinacula in triplici genere, quędā uocātur primaria, quæ ſcilicet primam occupāt uocē, alia gutturalia, nempe quę ob gutturalem literam hatephatā ſignantur, & quędam regalia, quæ propter uoces magnas ſignantur.

De גַּעְיָא Elias ſic ſcribit. Non ſunt idem גַּעְיָא & מֶתֶג quoniã męthęg tunc ſolum uocatur mugitus quando ſcribitur iuxta ſcheua, illic enim lector mugitu quodam retinet uocem ſuã, ſcribendaq́ eſt uirgula ad dexteram ſcheua. Porrò prolatio eius ante literas gutturales, conformatur uocali literę gut. ut תְּחִי tihi, רְעִי Et qñ ponit̃ ante Iod, migrat lectio ſcheua in hirec, ut וִיִדְעוּ uijedeu, בְּיַד bijad. Ante reliquas uero literas habet expreſſionẽ pathah, ut לְבַב laſaf, וְנִשׁוּבָה uanaſchuſa. Regula: Omne ſcheua mugiens, ubicunq; in biblia inuenitur, legitur ut patha, exceptis his locis ubi ipſum mox ſequit̃ litera gutturalis aut iod litera.

De uirgula מַקַּף

Ponitur hęc uirgula ſuperne inter dictiões easq́; ſic coniungit, ut quaſi unam ex eis efficiat. Nam habent duntaxat unum accentum. Sonat autem מַקַּף idem quod סִבּוּב conuerſionem ſeu connexionem. Quidam uocant eam סְמִיךְ ſuſtentationem. Suſtentantur enim in ea uirgula duę dictiones. Vſus eius ut in plurimum eſt in dictionibus paruis, quę adhęrẽt maioribus, ut אֶם־אִישָׁה

item

item אַךְ־הַפַּעַם ſic עִם־אֱלֹהִים Vbi notandum quod articulus אֶת ferè ſemp habet ſęgol & makaph: quando autem proprium habet accẽtum punctatur cum zere. Idem iudicium eſt de יֵשׁ & בֵּן & de quibuſdam nominibus, ut ſunt בֵּן שֵׁם לֵב Sic quando plurale conſtructiuum maſ. cum makaph alteri iungitur dictioni mutatur zere in ſægol. Item dictio כֹּל cum accentu proprio habet holem, cum makaph uero habet camez hatuph. Inter duo uerba nũquam inuenitur makaph, ſed inter nomen & uerbum, inter duo nomina, inter duas dictiones conſignificatiuas, inter conſignificatiuam & nomen, inuenitur. Item in uerbis deſinentibus in futuro in zere, propter makaph mutatur zere in ſægol, ut וַיִּתֶּן־לְךָ ſic וַיָּשֶׂם־לוֹ Et quę in holem deſinunt, propter makaph mutant illud in camez hatuph, ut וּבָר־בָּא ſic יִשְׁמָר־דַּעַת In quinto tamen ordine holem non mutatur, ut לַעֲשׂוֹת־לוֹ cuius ratio eſt quod tau non eſt eſſentiale, & uau eſt plenum.

Tantum de accentu rhetorico.

DE ACCENTV MVSICO.

MVſicum accentum Hebręi uocant נְגִינָה hoc eſt, melodiam, & gręco uocabulo tropum. Vtūtur enim eo pro notis cantionū ſuarū, ſurrogaturq́ in locum grammatici accentus. Requirit autem omnis dictio unum accentum, excepta dictione cōſtructiua, quę per makaph ſequēti dictioni contigua eſt. Talis enim cum ſequēti, quaſi una dictio eſt, ideo proprio non eget accentu. Ex muſicis accentibus quidā dicuntur reges, qui ſcilicet ſermonem diſtinguunt, & ad rectam intelligentiam quoslibet ſentētię uerſus ordināt. Alij uero qui regem præcedunt aut ſequuntur, miniſtri uocantur. Dominantur autem reges in omnibus Biblię libris, preterquā in Iob, Prouerbijs & Pſalterio. Ponit autem Elias numerum accentuū triginta, diuiditq́ eos in tres partes. Quatuordecim enim ex eis uocantur reges, qui imperium habēt & diſtinctionem faciunt inter rem & rem. Vndecim uero uocantur miniſtri regum, qui regē comitātur abſq; pauſa. Et quinq; neq; reges appellantur, neque miniſtri.

Regum

REGVM NOMINA.

תְּבִיר אַתְנָח
טִפְחָא זַרְקָא
רְבִיעַ זָקֵף קָטוֹן
יְתִיב זָקֵף גָּרוֹל
פַּשְׁטָא גֶּרֶשׁ
לְגַרְמֵיהּ גֵּרְשִׁים
פָּזֵר תְּלִישָׁת

Miniſtrorum nomina.

מֵירְכָא פְשׁוּטָה מַהְפַּךְ מוּנַח קַרְמָא
מֵרְכָא כְפוּלָה תַּרְסָא עִלּוּי מְכַרְבֵּל
מְאַיְּלָא דַּרְגָּא יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ

Neq; reges neq; miniſtri.

סִילּוּק סֶגּוֹל פְּסִיק קַרְנֵי פָרָה שַׁלְשֶׁלֶת:

Hi nouiſſimi quinq; non reputantur inter miniſtros, quia pauſant inter literas יהוא & literas בגר בפת ſicut reges, neq; tamē regiū geſtāt nomen, nam ſchalſchælæth non inuenitur in Biblia niſi ſeptem uicibus, & karne para non inuenitur niſi decies & ſepties: reges autem inueniūtur centies aut millies. Sægol quoq; nō numeratur inter reges, eo quod nunquam inuenitur niſi poſt zarka, quaſi miniſterio eius addictus. Sed & peſic ob hāc cauſam regio priuatur honore, quod nun

quam ponatur niſi habeat ſecū unū ex miniſtris. Siluc eijcitur è numero regum, quod ſolum ad finem ſententię ſit aſtrictus. Et ſi dixeris, eadem ratione athnah arceri à numero regum, dicēdum, illum non cuilibet uerſui addictum, cū multi ſint biblici uerſus in quibus athnah non mediat. Sunt tamen multi grāmatici, qui hos quinq; accentus annumerāt regibus, & illi numerāt decem & nouem reges, ſicut & Iudęi Germani auferūt ab undecim miniſtris hos tres, meaiela, Ilui & mecharbel. Verū de his ſigillatim paulò poſt dicemus. Notandum pręterea triginta memoratos accentus duntaxat in 21. biblicis libris inueniri, in Iob uero, Prouerbijs & Pſalterio nō omnes inueniuntur ob uerſiculorum breuitatē. Poterat quidem officiū accentuum, quod in grammatica habent tribus aut quatuor figuris exprimi, ſed quia muſica acceſſit & modulatio quædam, qua Iudęi biblicas lectiones in ſynagogis cantillant, multiplicatus eſt numerus figurarum accentuum, incertum tamē quo autore, niſi quod multi putāt puncta uocalia & notulas accentuum ab eiſdem magiſtris inuenta. De qua re ſuprà quoq; diſputatū eſt. Elias putat bibliam diſtinctam fuiſſe accenti-

Accētuum multiplices figuræ.

bus

bus, antequam pūcta uocalia acceſſerūt, id quod probat ex mutatiōe quorundam punctorū, quæ in ſoph paſuc & athnah aliter ſcribuntur quàm in curſu orationis, ut אֶרֶץ & אָרֶץ Sic שָׁמְרוּ & שָׁמָרוּ Et אֲבַלְתִּי atq; אָבָלְתִּי Primū eñ ſignauerūt integras ſententias & clauſerūt illas accentu qui uocatur ſoph paſuc, ſubiecerunt́q; duo talia : magna puncta, deinde ſtatuerunt mediam pauſam in uerſiculo, quam אַתְנָח id eſt, quietem appellauerunt, à principio uero ſententię uſq; ad mediam pauſam, & à pauſa uſq; ad finem ſententię interſeruerunt reges, ſecundum quod uiſum fuit ſubdiſtinctiones facere. Vbi maior diſtinctio fuit facienda, ibi digniorem ſeu fortiorem poſuerunt regem, & ubi minor pauſa fuit faciēda, illuc debiliorem ordinauerūt regem. Et quando uerſiculus ſuccinctus fuit, nō poſuerūt in eo athnah, ſed tiphcha tantum & ſoph paſuc, cum quibuſdam miniſtris, ut וַיְדַבֵּר יְיָ אֶל־מֹשֶׁה לֵּאמֹר ubi יְיָ habet regem tiphcha, & præcedit miniſter mercha, ſoph paſuc uero habet miniſtrum propriū, aliud ſcilicet mercha. Qđ ſi uerſiculus omnino ſuccinctus fuerit, nō cadūt in ipſum niſi mercha, tiphcha & ſoph paſuc, ut בְּנֵי דָן חֻשִׁים

Quomodo Biblia diſtincta fuit.

Sin:

Sin longus fuerit, cadunt in ipſum athnah, & duo tiphcha, unũ ante athnah & alterũ ante ſoph paſuc, ut בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ Si adhuc prolixior fuerit, una, duabus aut tribus dictionibus, cadũt in ipſum zakeph uel paſta uel Thebir aut ſimiles reges cũ miniſtris ipſorum. Quod ſi uerſus omnino prolixus fuerit, cadũt in ipſum unus aut duo aut tres reges magni, quales ſunt paſer aut zarka & ſimiles, quidam ante athnah & quidam poſt. Nec ratio dari poteſt, cur iſte prçcedat & iſte ſequatur, cum ita placuerit magiſtris accentuum. Aut ſi ipſi certa ratione in hoc uſi ſunt, nobis non eſt illa ratio manifeſta. Notandum præterea, quod in nullo uerſu in quo non eſt athnah, inuenitur aliquis rex magnus, ſed tiphcha in eo inuenitur. Sciendum & hoc quod accentus nunq̃ ponitur ad literam ſcheuatã, niſi ſcheua ſoluatur in uocalẽ ſicut fieri ſolet in pauſis.

Regula grammaticalis.

Decem & nouem reges habẽt unam & eandem uirtutem in pauſando inter literas יַהוּא & literas בְּגַד כְּפַת hoc eſt, derogãt ex ęquo regulę יַהוּא Inter rem uero & rem faciunt differentes pauſas, inter quas maxima eſt ſoph paſuc, deinde athnah,

athnah, deinde zakeph, deinde thebir, deinde tiphcha, deinde zarka, deinde paſer, deinde kar ne para, ſchalſchęlet & theliſa. Notandũ pręterea quod nullus rex eſt, qui nõ habeat unum aut alterũ miniſtrum, exceptis zakeph gadol, iethib & ſchalſchęlet, qui nunq̃ admittũt miniſtrũ. Alij quoq; reges q admittunt miniſtros, interdũ ſunt ſine miniſtris, pręſertim cum ponuntur ab initio paſuc aut poſt athnah. Item omnes reges ueniũt ab initio uerſuum, excepto ſolo ſęgol & ſoph paſuc. Nũquam autem inuenitur miniſter ſine rege, nec inuenitur miniſter loco regis aut ecõtra excepto munah, quod interdum pręcedit legar me tãquam rex, & ſchalſchęleth interdũ regnat & aliquando miniſtrat. De numero miniſtrantiũ regibus, hęc accipe. Tres memorati accẽtus zakeph gadol, iethib & ſchalſchęleth nullũ ferunt regem. Soph paſuc unũ admittit. At zakeph caton, legarme, athnah & tiphcha duos admittũt. Rebia uero tres ſuſtinet, & zarka atq; thebir quatuor: theliſa aũt & gęres quinq;, & paſta atq; paſer ſex. Tot ſępe inueniuntur miniſtri abſq; inter medio rege. Sunt etiam tres reges, nempe zarka, paſta & ſęgol, qui geminatim ſuper unam ue

niunt dictionē. Idem iudiciū eſt de miniſtro thalſa. Notandū & hoc quod quidā miniſtri peculiariter ſeruiūt proprijs dominis, ut mahpach non ſeruit niſi regi paſta, & Iærah ben iomo non ſeruit niſi regi karne para. Itē Darga non miniſtrat niſi his duob. regibus, thebir & rebia. Sic mercha ſeruit duntaxat regibus tiphcha & ſoph paſuc.

De מוּנַח primo miniſtro

Vocatur & hic miniſter alio nomine שׁוֹפָר יָשָׁר אוֹ שׁוֹפָר הוֹלֵךְ id eſt, tuba recta uel tuba incedēs, ſeruitq́ꝫ omnibus regibus, exceptis ſoph paſuc, tiphcha & ſchalſcheleth. Replicatur aūt nō nunquā unum poſt aliud, ita quod in quibuſdā locis quinqꝫ munah ſeſe cōſequuntur, miniſtrantes regibus theliſa & geres. Inueniunt etiam ſex munah ſeruire his regibus, paſta & paſer.

De עִלּוּי

Hic accētus non differt à munach, niſi cū præcedit athnah uel zarka tūc appellāt eum Ilui. Sic qn̄ præcedit regem zakeph & ſignantur in litera ſecunda, uocatur quoqꝫ Ilui. Secus ſi ſignetur in litera prima, tunc enim appellatur mecharbel.

De מְכַרְבֵּל

Non differt figura huius accentus à munach, uocaturq́ꝫ

catur'q; tũc munach mecharbel quãdo ſcribitur ante zakeph & ſignatur in litera prima.

De מַהְפָּךְ

Hic accentus alio nomine uocatur שׁוֹפָר הָפוּךְ id eſt, tuba inuerſa, & non ſeruit niſi regi paſta.

De דַּרְגָּא

Sonat darga gradum ſcalę, & quidã uocant eum שׁוֹפָר גַּלְגַּל cornu rotę, ſeruit'q; duobus regibus, nempe thebir & rebia. Sed & duo miniſtri ſer-uiunt ei, uidelicet kadma & munah. Seruit & ipſe miniſtro munah, & in quatuordecim locis ſeruit merchæ duplicatæ.

De תְּלִישָׁא קְטַנָּה

Vocatur hic תַּלְשָׁא & תַּרְסָא & ſeruit accentui אַזְלָא qui & גֵּרֵשׁ alio nomine uocatur, id'q; tum quando poſt ipſum ſequitur cadma. Sequitur aũt ſemper poſt thelíſa paruũ accentus cadma. Veni unt etiam duo thelíſa ſuper una dictione, ut patet Geneſis 37.

De קַדְמָא

Ponitur hic accentus ſupra dictionẽ, & eſt uirgu la è medio dictionis cõſurgens & aſcendens à de-xtra ad ſiniſtrã, quam quidã uocant azla. Iudęi ta men Germani uocant eũ azla regẽ, alij aũt uocãt eum גֵּרֵשׁ uel טֶרֶס Habes infrà in טֶרֶס quo-

modo differũt. Porrò accẽtus cadma ſeruit quatuor miniſtris, nempe mahpach, darga, munach & mercha. Miniſtrat etiam tribus regibus, ſcilicet zarka, azla & thebir.

De מֵירְכָא

Eſt Mercha uirgula ſub litera, deſcendens à dextra ad ſiniſtram, ſoletq; miniſtrare duobus regibus tiphcha & ſoph paſuc. Exemplum habes Geneſis 1. in primo uerſu. Seruit etiam, licet raro, accentui zarka & quandoq; duo ſibi inuicem ſuccedunt. Item geminatur interdum, & tunc uocatur תְּרֵין חוּטְרִין præceditq; miniſter darga.

De יָרֵחַ בֶּן יוֹמוֹ

Vocatur hic accentus luna diei ſui, id eſt, unius diei, ob figurã ſemicirculi quam habet. Vocatur & alio nomine גַּלְגַּל & non ſeruit niſi accentui karne para.

De מְאַיְלָא

Hic accentus habet formam tiphcha & non ponitur niſi cũ athnah aut ſoph paſuc, aut tiphcha, ut וַיֵּצֵא נֹחַ Gen. 9. in fine.

DE REGIBVS ET PRImò de זַרְקָא

Hic accentus nunquam eſt ſine miniſtro quando ſequitur

ſequitur initium ſententiæ aut uenit poſt rebia. Tūc enim habet unum ex his quatuor miniſtris, munah, ilui, theliſa ketanna, & cadma. Sunt tamen hic multæ exceptiones, quando ſcilicet ante eum ueniunt duo munahim, uel tres miniſtri aut plures, &c.

De רְבִיעַ

Scribitur hic accentus ſupra literam, idq; in medio, non ad latus ſicut holem, & habet duos miniſtros, munah atq; darga, aliquando ſeparatim & interdum cōiunctim. Venit etiam quinq; uicibus munah in eandem cum rebia dictionē, ut תַעֲצְבוּ Interdum à principio uerſus eſt ſine miniſtro.

De פַּשְׁטָא

Inter ſex miniſtros quos habet hic rex, pręcipui ſunt mahpah & mercha. Quando enim intercedit ſyllaba una aut plures, pręcedit mahpach, ut מַזְרִיעַ זֶרַע Sin nulla ſyllaba interſit, eſt mercha ut. יֶרַע שׁוֹר׳ סוֹגְחֹה De reliqs miniſtris dat hęc regula: Quādo uenit miniſter ante thalſa, is erit munah, poſt uero ſequitur cadma, & poſt hunc mahpach uel mercha, & poſt iſtū paſta. Poſt paſta uerò ſequitur plerūq; zakeph caton, interdū rebia, Veniunt etiā interdum ſuper una dictione

duo paſtin qñ ſcilicet exigit accentum millel, & tunc alterum paſta ſcribitur in ſine, ut פֶּסַח &c.

De יְתִיב

Hic accẽtus nõ uenit niſi ante puncta in monoſyllabis aut in aliȷs dictionibus quę ſunt millel, unde & cornu præpoſitiuuum uocatur, uenitque poſt ipſum zakeph.

De זָקֵף קָטוֹן

Huic regi peculiariter miniſtrat munah. Scribitur tamen nonnunquã à principio uerſus ſine miniſtro, ſimiliter poſt paſta, uenitq; abſq; miniſtro. Quandoq; inueniuntur duo zakeph in duabus dictionibus mox ſeſe cõſequentibus, ſed ſæpius intercedit munah inter ea. Inuenitur etiã in quibuſdam dictiõibus triſyllabis cum uirgula ſuper primam erecta, ut חֲבַשֵּׁר Idem iudiciũ eſt de dictione per makaph adhęrente, ut אַבְנֵי־שֹׁהַם Et quidam uocant hanc uirgulã מַיְלָא dicẽtes eam poni loco מֶתֶג ſeu retinaculi, ſicut & munah aliquando uenit loco retinaculi, ut הָאֲנָשִׁים &c.

De זָקֵף גָּדוֹל

